




ASTRONOMICVS

ΤΗΣ ΨΗΦΟΦΟΡΙΑΣ

ECLEIPSIVM ☉ & ☽

ΕΠΙΛΟΓΙΣΜΟΣ:

HOC EST,

Accurata DESCRIPTIO, Ocularis DEMONSTRATIO, & elegantissimis Typis ILLVSTRATIO, Quæ ex delineatione Ecleipsium ☉ & ☽ Annorum 1605. & 1607. παραδειγματικῶς declaratur.

OPUS NOVUM,

Ex QVO

DOCTRINA DE SVPPVTANDIS MVLtis porrò Annis Deliquiis, iuxta Tabulas Prutenicas perspicuè demonstratur.

CVI ADIVNGVNTVR

1. ΕΠΙΛΟΓΙΣΜΟΙ *Planetarum* 5. ♄. ♃. ♂. ♀. ☿. *in Astronomiæ studiosorum gratiam.*
2. ENARRATIO *De Planetarum Eccentris, eorumq; Deferentibus, Apogæis, Perigæis, Aequantibus, ac Epicyclis. Quorum nos admoneant, ac doceant.*
3. *Et Enarratio* DE SYDERE NOVO *annorum* 1604. & 1605.



AVTORE

ELIA MOLERIO, HELVETIO

Latobrico, Astronomiæ studioso.

Pertinet ad [illegible] S. Francisci in Transtiberim de Urbe ex [illegible] Ill.mi [illegible] ac Rev.mi Dni Ascanij Rivaldi

Excudebat Iacobus Stoer,

M. DCVII.

Cyrilli Clementis



MAGNIFICENTISSIMIS ET AMPLISSIMIS DOMINIS, NOBILITATE, VIRTVTE, AC DIGNITATE EMINENTISSIMIS,

D. *ALBERTO MANVELI,*
CONSVLI.
D. *VINCENTIO DACHSELHOFFERO,*
QVÆSTORI.
*TOTIQVE SENATVI AVGV*STISSIMÆ, AC ILLVSTRISSIMÆ REIPVBLICÆ BERNENSIS,

DOMINIS SVIS CLEMENTISSIMIS.

Gratiam, & Pacem à DEO *Patre nostro, & Domino nostro* IESV CHRISTO.

COELVM CONCAVVM, MAGNIFICENTISSIMI DOMINI, multis ac infinitis penè splendidis, ac ditissimis ocellis, à Summo totius mundi machinæ Opifice, DEO Opt. Maxim. ac Æterno Patre Luminum, ornatum est. Scripsit enim ac insculpsit ibi DEVS, Diuinitatis, Potentiæ, Sapientiæ & Gloriæ suæ characteres præstantissimos, quibus, vt inquit *Paulus, Roman.* 1.16. *Inuisibilia Dei intelliguntur, ac peruidentur, ipsáque æterna eius potentia*, quibus, vt *Dauid Psal.* 19. docet, *Gloria Dei enarratur.* Quæ profectò non ad ornamentum duntaxat, sed potissimùm ad Dei gloriam omniúmque fidelium bonum referenda sunt. Quibus etiam, obsecro, gemmis, ornamentis auro & argento longè præstantioribus suam Deus Ecclesiam ornauit? Quibus, quæso, stellis, luminibus luminibúsque diuersis, diuersis

Spiritus sui Sancti donis splendidissimis illam decorauit, ad communem Ecclesiæ suæ ædificationem, vsum & salutem, ad eius conseruationem, regníque D. nostri Iesu Christi amplificationẽ? Magnus ille Astronomus Iaphar, dictus Albumazar, in suis Introductoriis Iudiciorum Tract. 3. inquit, *Mundus terrestris*, quo omnia inferiora Elementa, vt sunt homines cuiuscunq; sint conditionis, sexus & ordinis, bruta animantia, lapides, plantæ, & metalla omnia continentur, *vnitus est mundo cœlesti ac superiori.*

Cúmque in celeberrima Lausannensi Academia natus, ibíque in Theologicis studiis tum in Mathematicis educatus, vtrumque studium ad veram praxin, ad patriæ meæ communem vsum, fideli opera & diligentia reuocare, ac promouere mihi semper in animo fuit. Nam Astronomicis studiis recreatus, pręlegente doctissimo Mathematico in celeberrima Lausannensi Academia Professore clarissimo ac Præceptore meo, piæ memoriæ D. GERVASIO CVRIANO, quem honoris ergô nomino, animi propensione quadam, naturæque instinctu, Constellationum, Astrorum γνώσεως, quædam auidè didici: quas partes, ne tanquam inutiles occultarem, venia, & consilio quorundam doctissimorum virorum, exemplo Præceptoris mei exercenda esse mihi persuasi, typísque ad communem istius Regionis vsum & commodum scripta mea Astronomica in Diariorum Gallicorum compositionibus, diplomate Illustrissimæ Reipubl. Bernensis beneficio vestro munitus, mandare permisi.

Quæ cùm ita sint, MAGNIFICENTISSIMI DOMINI, ac cùm ad altiora animum pellere, & euehere visum sit, vt è Sole calorem natiuum haurimus, nos in dies viuificantem, & recreantem, plantásque germinare facientem: sic ex Astronomiæ fontibus interdum commoda multa, vtilitates infinitæ, recreationes summæ, ac præclaræ lucubra-

cubra-

cubrationes,& obſeruationes hauriuntur: Ex quibus hoc vnum eſt,quod horis vocationis meæ liberis, elicere atque cōſcribere liberū fuit, ἐπιλογισμοὺς nimirum *Aſtronomicos* τ͂ *ψηφοφορίας Ecleipſium Solis & Lunæ magnorum Luminarium annorum* ἀπὸ τ͂ ΧΡΙΣΤΙ γονίας 1605. & 1607. Quorum exemplo *Doctrina de* ſupputandis *multis* porrò *annis Solis & Lunæ Deliquiis* vltrà, citráque Ecleipticam, Solis orbitam,eruatur,ac perſpicuè demonſtretur. *Epilogiſmos Planetarum* 5. *Enarrationes de Planetarum Eccentris, & Orbibus eorum: & de Sydere illo Nouo annorū* 1604. & 1605. quod apparuit in COELO,ac tandem euanuit.Opus certè nouum omnibus optimæ ſpei Iuuenibus, Aſtronomiæ tum veſtræ *Bernenſis*,tum *Lauſannenſis* Academiæ ſtudioſis perutile,ac neceſſarium:In quorum gratiam hactenus eo facili modo,à nemine, quod ſciam, aut legerim conſcripto,componere,oſtendere, atque declarare neceſſarium duxi:Quò ad tam ſuauem,támque delectabilem,iucundam,& admiratione dignam de ſupputandis iis multis porrò annis,exemplo harum Ecleipſium,quas conſcripſi, eos præſertim pellicerem,atque ad imitationem voluntariam nutu inuitarem.

CAVSA verò, quæ me ad horum Ecleipſium Aſtronomicorum Epilogiſmorum ψηφοφορίαν, ſeu calculum calamo manum admouere mouit. Illud ſanè eſt, Promouendæ huius diſciplinæ perelegantis, ac ingenio liberali dignæ ſtudium: Quod hîc non ſolùm inter ſtudioſos incultum,& neglectum,ſed penè ſopitum eſſe videtur: præſertim verò fuit dictum illud aureum Ouidij:

Fœlices animæ, quibus hæc cognoſcere primùm,
Inque domos ſuperas ſcandere cura fuit.

Quo Poeta non ſolùm per omnia Excellentiam Aſtronomiæ,quæ conſtat ſuis numeris,ac tam certis regulis, ac fundamentis,quibus ſcandere, & metiri diſtantias, ſpacia, & interualla cœli datur; prædicat: ſed & horum

noticia, maximos, ac præstantissimos, ac penè infinitos vsus proficisci ait. Euidens enim hodie est vtilitas quanta sit scientiæ motuum cœlestium, quia propter annales: veræ Christi ecclesiæ antiquitatem: propter Historias, & propter quotidianos contractus necessaria temporum, & annorum series ex ea cognoscere datur.

Vult enim DEVS sciri in ecclesia mundi primordia, & ordinem patefactionum suarum: vult sciri quando: in quibus locis: & quibus testibus tradita sit Vox Diuina Euangelij, & Legis: vbi, & quando Filius, Dominus noster IESVS Christus concionatus sit, & ex morte reuixerit. & annorum obseruationem præcipit, cùm ait, Gene. 1. 14. *Erunt, in signa menses, dies, & annos.* Nec enim sine metis, & distinctione annorum interualla sciri possent, ac mirum est in sola Ecclesia perpetuam annorum seriem inde vsque ab initio mundi conseruatam esse. Hoc sanè bonum, hæc vtilitas tanta, & commodum omnibus necessarium, non aliunde, quàm ex Astronomiæ (quæ suis tam certis numeris, & legibus constat) beneficio proficiscitur.

Consilium item doctissimorum virorum, ad hoc mihi animum dederunt, Ne scilicet aliàs animus Astronomica deserendo rubiginem sibi quodammodo contraheret, nec ea, quę antè didiceram in Astronomicis studiis euanescerent. Et meritò. Ex nulla enim alia scientia humana, tanta voluptas, & delectatio capitur, quanta ex Astronomia. Quid enim iucũdius esse potest, quid amœnius, quid suauius, quid deniq. delectabilius præter multa, ac penè infinita, vt dixi, commoda, quàm illam tot, & tantorum luminum venustissimam, atque ordinatissimã seriem oculis perlustrare? Nulla profectò sunt pulchriora monumenta, quàm hæc in cœlo fulgentia lumina: Nisi quis putet vllas pyramides, aut vlla Trophæa maiore cũ admiratione, & voluptate vnquam spectata esse, quàm aspicimus integris hybernis noctibus alterum cœli latus, perua-

peruagantem Oriona, Pleiades, aut Helicen, Arcturum, &c.

Nec interim tamen, etsi nihil in hac vita est, vt testantur grauissimi autores, quod animum hominis magis, quàm Astronomica oblectet, tantam his delectationem, quàm Theologicis capio studiis. Verùm, vt ciborum diuersitas palatum hominis mirum in modum delectat, sic diuersitas lectionis diuersorum Autorum, ac diuersorum proinde studiorum, artium, & scientiarum animi delectationem non minimam affert. Nec enim ideò tam in animo fuit hæc Astronomica studia ad Astronomiæ studiosorum commodum promouere, quàm in Sacris ad Ecclesiæ Christi fidelium mihi commissorum instructionem veram ædificationem, & DEI gloriam versari: Vt sic in vtraque parte vtilis omnibus in Christo tandem mihi gloriari detur.

Deinde ad hoc Opus Astronomicum stimulum addidit studium demonstrandi modum Ecleipsium omniū: hoc est quomodo in cœlo fiant, adhibita Theoria earū, nempe arcuum, circulorum, linearum, & Epicyclorum in Plano Quadrātis descriptorum: In quibus, & per quos Sol, & Luna feruntur sub ipso Zodiaco, & occurrunt, vt Ecleipsis siue Solis, siue Lunæ fiat. Quod hactenus oculari Demonstratione eiusmodi demonstratum, nec illuminatum fuerat.

Hoc itaque studium Astronomicum exercere in animo fuit. Conducit enim plurimùm sacræ Theologiæ professioni: Ita vt non immeritò Ptolemæus, Astronomorum facilè Princeps, hanc vnam scientiam esse viam, & semitam ad sciendum DEVM altissimum asseruerit. Hęc etenim sua pulchritudine, magnitudine, suorúmque motuum, & inflexuum mira varietate, & stabilitate perpetua mirum in modum DEI gloriosi Bonitatem, Sapiētiam, & Prouidentiam commendant, ac in eius cogni-

tionem, amorem, & admiratione maximè nos induunt.

Deinde confert hoc Astronomiæ studium non parùm ad naturalem Philosophiam, quoniam multa ab Astronomis inuenta, ac demonstrata desumit Philosophus. Medicinę verò prodest, vt prodesse certè debet, ita vt Galenus Medicorum Princeps ęgrotos moneat ne se manibus Medicorum Astrologiam ignorantium committant. Nam ait *Medicamenta parùm, aut nihil prodesse temporibus incongruis exhibita: imò verò sæpenumerò nocere solere.*

Fons est, & origo Cosmographię. Ad Reipublicę administrationem quoque est necessaria Astronomia: ad Agriculturam, & ad bella, aliáque multa eiusmodi sine superstitione gerenda summè vtilis & commoda, cuius rei exempla historię proponunt. Sulpitius enim ob scientiam Ecleipsis lunę, quę solùm in Astronomia edocetur, ingenti metu exercitē totum liberasse perhibetur. Quod idem de Pericle Atheniense, & de Dione, Sicilię rege testantur historici. At verò contrà Nicias Atheniensium Imperator ob huius rei ignorationem metu perculsus, classem portu educere non est ausus, non paruo Reipub. Atheniensium incommodo, & iactura. Taceo multa alia exempla, breuitatis causa: Vt non immeritò Ptolemæus asseruisse videatur optimum Astrologum multum malum prohibere, & sapientem Astronomum multum bonum hominibus posse procurare.

Hæc cùm apud Veteres magno in pretio fuerint, ac nulla sit professio qua magis maximi quique Reges & Principes delectati sint quàm Astronomia, quæ fuit, vt est hodie adhuc magnis Regibus, & Principibus familiarissima. Neque enim ex vlla scientia, vt dixi, humana maior voluptas ab vllo percipitur quàm ex Astronomia, quàm ex corporũ cœlestium, & motuum eorum omniũ calculo, & ἐπιλογίσμῳ, Cuius causa Plato Philosophus Oculos nobis esse concessos dicebat, & Ouidius canebat Versibus his,

Proná-

Pronáque cum spectent animalia cætera terram,
Os homini sublime dedit, cœlúmque videre
Iussit, & erectos ad Sydera tollere vultus.

Hos Ecleipsium magnorum Luminatium & Planetarum Epilogismos, additásque Enarrationes magna delectatione elaboratas, nemini, quàm Excellentiis vestris ex officio meo, & iure quo iis toto vitæ meæ, meorúmque curriculo teneor, dicandos duxi, quæ ex humanitate, & liberalitate solita hæc studia Astronomica in vestra Lausannensi Academia, vbi hæc pauca didici, fouent, ac iisdem priuatim delectantur.

QVARE, CLEMENTISSIMI Domini, ac PRINCIPES MAGNIFICENTISSIMI, cùm verè Regium, & humanum sit *Non minùs parua libenter, promptéque accipere, quàm magna dare*, Hunc meum exiguum laborem, quem EXCELLENTIIS Vestris Do, Dono, Dico, atque ex animo Consecro, Augusta vestra dignitate pro solita vestra clementia, sereno vultu, benignáque manu suscipere, méque, meósque fauore vestro prosequi dignemini, submissisimè oro, & precor. Quod cùm vos facturos confidam,

CHRISTVS IESVS, DEI Patris Filius, ac Seruator Æternus, Toti vestræ Reipubl. Illustrisimę Bernatum florentisimum statum, vobis omnibus, & singulis, Domini Consules, & Senatores Nobilisimi, integram incolumitatem, Fortitudinem, Sapientiam, Iustitiam, & Iudicium: ciuibus vestris diuturnam fœlicitatem, ad ęternam suam gloriam, *Ecclesiæ suæ bonum*, totius patrię salutem, & trãquillitatem publicam perpetuò largiri pergat, AMEN.

Paterniaci, Calend. Augusti, Anno ἀπὸ τῆς ΧΡΙΣΤΟΓΟΝΙΑΣ vltimi, ac corruptisimi seculi, MDCVI.

EXCELL. V.

Humilimus Seruus,
ELIAS MOLERIVS.

¶ ¶



Εἰς τὸν Εὐγενέστατον ἄνδρα ΗΛΙΑΝ ΜΟΛΗΡΙΟΝ, περὶ τῶν Ἡλιακῶν, καὶ Σεληνιακῶν Ἐκλείψεων, καὶ Πλανωμένων, ταῦτα ἐκδιδόντα τοῦ Γ. ἀπὸ τῆς ΠΕΤΡΑΣ

Δεκάστιχον.

ΕΝ συνόλῳ τούτῳ σοφίαν δόξαντι, κράτος τε
Αἰὲν ἐόντος ἔχεις ῥεῖα γινωσκόμεναι.
Κ'αὐτὸ συνιστήσαντα μέρη τά δε πάντες ὁρῶσιν,
Οὐρανὸν ἠδ' αἶαν τήν τε θάλασσαν ἔμεν.
Θαύματα τῆς γαίης, καὶ τῆς ἁλὸς οἱ σκοπέοντες
Θαυμάσιοι κ'αὐτοὶ ταῖς μαθητῶν γλώτταις.
Αὐτὰρ ἐγὼ τοῦτον περὶ πάντων ἔμμεν οἴω,
Οὗπερ ἐπ' οὐράνια σχήματα ὄμμα, νόος.
Οἷόπερ ὄμμα νόος πλανάς τε κόπους τε σελήνης
Καὶ φοίβου καμάτους πάντ' ἐφορῶντος ὁρᾷ.

DOMI-



DOMINO ET FRATRI AMANTISS. THEOLOGO, ET ASTRONOMO, ELIÆ MOLERIO L.

DEliquium reſerans Lunę Soliſque labores,
Moleri, facili tendis ad alta pede.
Sidereóſque doces motus, abſtruſáque pandis,
Quę multis fuerant non bene nota σοφοῖς.
Quin modo iam victor veteri de fece reſurgis,
Languida de cuius pectore flamma micat.
Ridebit Stygię ſi quem peperêre ſorores,
Quíque Lycambęo Zoïlus ore furit.
Attamen vt pergas greſſu ſic ſemper eodem,
Vt benè cœpiſti te decet, atque iuuat.
Ταύτην χρυσοῦ σμικρὴν, ΜΟΛΙΡΙΕ, φίλτατε, δέλτον
Ἡμετέρης φιλίης λάμβανε μνημόσυνον.

PETRVS MEILERIVS.





PIO LECTORI.

CVM hac tempestate pro eadem scientia vsurpentur ferè Astronomia, & Astrologia, hoc Opus tamen Eclepsium Solis, & Lunæ in Theoricam, & Practicam Astronomiam, hoc est in contemplatricem, & operantem distinguere visum est. Theorica enim inuestigat numeros, magnitudinem, & motum cælestium omnium corporum, nempe stellarum omnium, ac Planetarum, eorúmque Ortus, Obitúsque speculatur: Omnium constellationum, & signorum figuras, & imagines considerat: Veráque loca tam fixarum stellarum, quàm Errantium, quas Planetas vocant, numerorum docet calculo supputare. Similiter Planetarum progressus certis, ac perpetuis vicibus constantes, status, regressus, coniunctiones, oppositiones, Quadraturas, & aspectus omnes: vnà cum Eclepsibus Luminarium Solis & Lunæ, & id genus alia propemodum infinita, diligentissimè inquirit.

Practica verò Astronomica ex conuersionibus cælorum, & coniunctionibus, Sextilibus, Quadraturis, Trinis, & Oppositionibus de futuris rerum euentibus, præsensionibus quibusdam, & significationibus, ad valetudinem vtramque prosperam, & aduersam: & rem familiarem tuendam accommodatis differit. Contemplatur enim complexiones, & naturas, tum signorum, constellationúmque, tum etiam Planetarum reliquarúmque stellarum: explicátque quænam calida, quæ frigida, quæ temperata, quæ masculea, quæ fæminea signa sint, & id genus alia. Rursus ex motibus orbium, & stellarum futuros euentus in hisce inferioribus mundi partibus prædicit: Corpora enim cælestia causa sunt omnium horum inferiorum, vt Placet Aristot. 1. Meteor. libro, cùm ait, Necesse est mundum inferiorem superioribus lationibus continuari, vt omnis inde virtus deriuetur: & Albumazari Tractatu 3. de Introductoriis Iudiciorum, cùm inquit, Vultus huius seculi subiecti sunt vultibus cœli. Mundus terrestris vnitus est mundo cœlesti. Omne quod accidit in hoc mundo fit ex fortitudine motus Planetarum super nos. Omnis mutatio huius mundi fit per corpora superiora. Planetæ operantur in elementis, seminibus, animalibus, & metallis. Sicut ignis operatur fumum, qui est in lignis in potentia educit in actum: ita motus cœlestium corporum generationem & corruptionem elementorum operatur, &c.

Verùm.

Verùm, quia multi multa huic Astronomiæ excellenti parti temerariè, ac perperam adiicere ausi sunt, adeóque hanc Prognosticam partem amplificare voluerunt, ut sit iam res ferè superstitiosa, & multis exosa, imò etiam propterea Ecclesiæ suspecta habeatur, Visum est hoc admonere, & adiicere in eos qui sunt eiusmodi, ut magis Medicis, quàm Geometris, vel Astronomis opus habeant: Si nempe rerum omnium Experientia Magistra ostendit ardentium stellarum congressus in cœlo æthereo: & Solis & Lunæ ecleipticas copulas in signis ardentibus: & Cometas, Meteoráq; ignita in igneis locis cœli apparentia vere hæc corpora inferiora super terram, & siccitates multas afferre. Rursúmque etiam congressus humentium syderum humores, humiditates augere, & quasi diluuia afferre. Variè deinde mixta Lumina, variéque temperata qualitates, (ut in pharmacis res dissimillimæ aliter temperatæ) aleos habere effectus, ita ut superiora corpora causam motus in inferioribus dent: Hęc certè non à Christiana doctrina dissentire, *Quæ, etsi nos omnia à Deo Optimo Maximo rerum omnium Opifice Summo, & Rectoreiusto gubernari docet, Non tamen naturales actiones, & significationes rerum tollit.*

Prudentia certè digna Christiano homine esse debet, dijudicare quæ sint communes actiones Dei, & Naturæ; quæ sint propria Dei supra naturam positæ. Hoc sanè Iudicium Prudentiæ rectum, ac Prudentia in di-iudicando in ipso Propheta Ieremia cernitur. Cùm enim dicat c.10.2. Prophetiæ suæ, Nolite timere à signis cœli, quæ timent Gentes, *his verbis non negat signa esse in cælo; sed cùm signa nominet, sentit ea res magnas, ac tristes minari mundo impio: ac interea his verbis pios consolatur, ne ea metuant, non quia nihil significent, sed ut confidant, se Diuinitus inter pericula multa tegi, ac seruari.*

Itaque, Sicut aliæ Physices partes Religionem Christianam non lædunt, ita neque Astrologia, Physices pars lædere quicquam, nec pietati officere debet, si modò quis in loco, cum Prudentia utatur: Præsertim verò cùm, ut inquit Ptolemæus ipse, Astrologorum Princeps, Astrologorum Decreta non sint Prætoria, quæ Prætoris edictorum instar populum de necessitate cogant *Illæ enim significationes Astrologicæ hominibus vim non afferunt, etsi non vbique ociosæ sunt ex testimonio Ecleipsium, & syzigiarum Planetarum, quo semper eas tristes ac manifestos euentus habuisse compertum est.*

Quæ cùm ita sint, ut hæc duo, Theoriam scilicet, & Πρᾶξιν Astronomiæ simul comprehenderem, unum enim ab altero pendet, nec per se stare potest, visum est his Solis & Lunæ Astronomicis τῆς ψηφοφορίας Ἐπιλογισμοῖς, qui in Concreto Astronomiæ versantur, Πρᾶξιν, Astronomiæ Abstractũ, quod est Iudiciũ, seu sententia Astrologica in positis, & cõstel-

lationem Astrorum sub medio temporis Ecleipsium annorum 1605. & 1607. erectam, De Effectibus earum paucis complecti, absque Vllorum interim offensa, quandoquidem totum hoc opus in Demonstrationibus exempli loco tantùm consistit. Quod à te, piè Lector, bene intepretatum, æqui, bonique consultum, & cum æquitate iudicatum iri fore confido.



ΕΚΛΕΙΨΕΩΝ SOLIS, ET LVNÆ VSVS.

PRIMARIA totius Astronomiæ fundamenta ex obseruationibus Ecleipsium Solis, & Lunæ confirmantur, euincuntur, & demonstrantur. Ideò vt aliquis fructus ex hoc Ecleipsium Epilogismo à studiosis Astronomiæ percipiatur, placuit hîc addere vsum earum, quandoquidem principem locum inter φαινόμενα cœlestia obtinent.

Cùm igitur tantùm in coniunctionibus Sol, & in oppositionibus Luna deficiat, patet interuentu Lunæ Solem, & interuentu terræ Lunam ecleipsari.

Solares Ecleipses, Lunam esse inferiorem, & minorem Sole demonstrant. Lunares verò euincunt non in infinitum deorsum Terram radicatam esse, vt *Xenophanes Colophonius* nugatus est, sed cœlum sub pedibus nostris similiter sursum esse, sicut apud nos.

Sic ex iisdem liquet, Terram non esse *Cubicam*: nec *Pyramidalem*, nec *Scaphoidem*, nec alio modo cauam; vt *Democrito* visa est: nec *Tympanoidem*: nec *Cylindroidem*: sed eam perfectè, & omniquaque rotunda, seu globosa figura terminari: quandoquidem non tantùm vmbra terræ in corpore Lunari vbique, & semper rotunda cernitur: verumetiam Orientales ad Ecleipsis initium, vel finem semper plures horas à meridie suo, quàm Occidentales, eásque cum distantia proportionales numerant.

Item

Item terram in Zodiaci medio verſari hinc cognoſcitur, quòd in oppoſitis tantùm Zodiaci locis Luna obſcuratur.

Præterea mundi medium ſupra Horizontem extare: Et dimidium Zodiaci quotidie ſupra Horizontem oriri Ecleipſes Lunæ orientales, vel occidentales docent.

Inſuper Terram, & Aquam vni globo vnitas in Ecleipſibus ☽ videmus.

Certior ratio obſeruandi longitudines locorum in Terra, alia non eſt, quàm quæ ex Ecleipſibus Lunaribus dependet.

Montes ad terræ molem incomparabiles eſſe demonſtrat æqualis vmbræ rotunditas, qua nihil hiulcum propter valles, aut eminens propter montes cernitur.

Cùm propter Lunares Parallaxes locus Lunæ verus certus per quæcunque inſtrumenta non ſit obſeruabilis: Natura, ſiue potiùs Naturæ Opifex huic humano deſiderio prouidit per Ecleipſes eius. Luna enim in mediis tenebris conſtituta intelligitur ad Solis oppoſitum veniſſe. Per hos ergo defectus, curſus, & varietates Lunæ certiſſima ratione deprænduntur, & demonſtrantur.

Lunares Defectus demonſtrant Vmbram Terræ turbinatam eſſe, & tandem in mucrone deficere. Item eam in iiſdem locis tranſitus Lunæ interdum craſſiorem, interdum anguſtiorem eſſe: attamen ſeruata certa ratione ad motum Solis. Vnde colligitur Solem in Eccentrico orbe verſari.

Ex his etiam euincitur Solem multis partibus Terra maiorem, & Lunam eâdem minorem eſſe. Ita Ecleipſes Solares demonſtrant Luminarium diſtantias à terris diſſimiles eſſe; ac idcircò vel Eccentricis, vel Epicyclis orbibus moueri.

Ex quibus ratio inuenta eſt dimetiendi (quod alioqui impoſſibile videtur) diſtantias Solis, & Lunæ à terra; necnon & magnitudines trium horum corporum Solis, Lunæ, Terræ. Quas hîc coronidis loco adiicere viſum eſt.

Distantia Solis à Terra inuenta est 1216.$\frac{1}{11}$ *semidiametrorum terræ.*

Distantia verò ☽ *à Terra est* 64.$\frac{1}{16}$ *Semidiametrorum terræ.*

Magnitudo diametri ☉ *continet diametros terræ* 5.$\frac{1}{8}$.

Magnitudo diametri Terræ cõtinet Diametros ♀ *stellæ* 3.$\frac{7}{8}$

Magnitudo diametri Terræ continet Diametros ☽ 3.$\frac{2}{5}$

Et magnitudo diametri ☉ *continet Diametros Lunæ* 18.$\frac{7}{10}$

SOL *item in se continet Terræ magnitudinem* 166.$\frac{1}{8}$

Terra in se continet ☽ *magnitudinem* 39.$\frac{1}{3}$

Sol in se continet Lunæ magnitudinem 6539.$\frac{1}{5}$

TERRA *in se continet magnitudinem Veneris Planetæ* 37.$\frac{1}{27}$

Terræ Diameter, siue spißitudo. Ptolemæo est 7159.$\frac{1}{11}$ *miliar. Gal.*

Secundùm verò recentiores autores est 6070.$\frac{10}{11}$ *miliariorum Gal.*

Et Semidiameter Terræ Ptolemæo est 3579.$\frac{6}{11}$ *miliariorum Gall.*

Atque hæc de Vsu Ecleipsium dicta sunt.



ASTRO-



ASTRONOMICVS
ΤΗΣ ΨΗΦΟΦΟΡΙΑΣ
EPILOGISMVS

ECLEIPSIVM SOLIS ET LVNAE ἀπὸ τῆς ΧΡΙΣΤΟΓΟΝΙΑΣ *anni* 1605. *Quæ ad omne æuum Exempli loco sumuntur:*

In Quo

1. Ἀκριβὴς *delineatio, & Ocularis in plano demonstratio elegantissimis typis complexa.*
2. *Syderum positus, seu constellatio cum schematibus ad tempus earum apparens institutis.*
3. *Insignis, occultæ, sed mirabilis, & maximè sensibilis porrò virtutis earum explicatio, & declaratio Astrologica, cum eius ad alios Orientaliores, vel Occidentaliores Meridianos reductione, illustratur & perspicuè demonstratur.*

CVM nostri sit instituti Doctrinam de supputandis in omne æuum magnorum Luminarium SOLIS & LVNÆ Ecleipsibus παραδειγματικῶς Astronomiæ Studiosis proponere: Anno ἀπὸ τῆς ΧΡΙΣΤΟγονίας 1605. sese supra globum terrestrem 4. Ecleipses exhibuerunt: quarum Solis ☉ prior in nostro Hemisphærio non obseruata est, sed extra: reliquæ verò commodè à nobis visæ sunt. Quæ quia insignes fuerunt, ideò nobis eas delineare visum fuit.

ITAQVE

MEDIÆ ΠΑΝΣΕΛΗΝΗΣ, SEV OPPOSITIONIS LVMINARIVM ☉ ET ☽, QVÆ MENSE Martio contigit.

ΕΠΟΧΩΝ ΣΥΝΑΞΙΣ

eiusmodi fuit, vt sequitur.

			Dies.	hor.	min.	secunda.
Præcepto 89. EPOCHA	annorum 1600.		6.	19.	14'.	32''.
	annorum	4	14.	0.	1.	24.
	mensium	2	29.	11.	15.	27.
			50.	6.	31.	53.

	dies.	ho.	mi.	sec.
Ἐποχὴ reuolutionis seu conuersionis opp.	73	19	50'.	8''.
	50	6	31	53.
Tempus MEDIÆ *oppositionis* ☉ & ☽.	23.	13.	18.	15.

Præcepto 2. Hoc tempus numeratur in Meridiano Montis Regij PRVSSIÆ, ad quem Prutenicarum Tabularum rationes referuntur; ex quo si subtrahatur 1. hora & 11. minuta differentiæ temporis, quæ inter Montis Regij & Lausannæ Meridianos intercedunt, quia Regiomontano occidentalior est: (Orientaliores enim plures numerant horas vsque ad initium Ecleipsis) Tempus huius πανσελήνης Ecleipticæ in ipso Lausannensi Meridiano innotescit, nempe 23. die mensis Martij ipsa media nocte sequente absoluto, ac 12. præterea horis 7. min. 15. secund. ab ea initium trahentibus; Quæ, Romana consuetudine numerando, in 7. minuta, 15. secunda absoluta, & perfecta post Meridiem 24. diei, cadunt.

ΕΠΙΣΑΓΜΑ

De Mediorum, ac simplicium, æqualiúmque Motuum cœlestium statu ad tempus πανσελήνης huius Mediæ: pro Regij montis Meridiano antè institutum, tale erit.

	Sex.	grad.			
Præcepto 3. *Præceßio Æquinoctiorum æqualis,*	0	27	55'	33''	28'''.
Anomalia Æquinoctiorum simplex,	2	54	58	1	46.
Simplicis, & æqualis ☉ motus,	5	43	16	9	27.
Anomaliæ æqualis ☉ motus,	4	31	1	40	13.
Longitudo Lunæ à ☉ æqualis,	3.	0	0	0	49.
Anomalia ☽ simplex & æqualis,	2	29	59	39	46.
Latitudinis ☽ motus simplex,	4	21	49	18	13.

AEQVI-

AEQVINOCTIORVM VERAE *Praecessionis inueniendae* RATIO.

Sex. grad.

Anomalia Aequinoctiorum duplex, 5 49 56′ 3″ 32‴ *est.* *Praecepto* 10.

Cum hac igitur Anomalia προσθαφαίρεσις, seu æquatio circuli Æquinoctiorum ex tabulis Pruten. excerpenda est. Ac 49. gradus in Canone προσθαφαίρεσιν. Æquinoctialis, & obliquitatis dant pro æquatione 13′.37″.8‴. Sed cùm vno gradu decrescat προσθαφαίρεσις 1′. 13″. 29‴. Pars ἐπιβάλλον congruens 56′. minutis adhærentibus Anomaliæ duplicis gradibus sumenda est per hanc ἀναλογίαν, 60. min. dant—1′.13″. 29‴. quantum—56. minut. 4409‴.

Ductis 56′. min. in 4409‴. (quæ sunt reductio 1′.13″.29‴, in tertia minuta ex multiplicatione eorum per 60′. vt fieri solet), productóq; eorum 190804. diuiso per 60′. dat 1′. 8″. 35‴. pro parte congruente minutis 56′. Anomaliæ duplicis. Hæc pars congruens subtrahenda est ab æquatione 13′. 37″. 8‴. quia numerus in Canone sequens 50. gradibus respondens, minor est.

Προσθαφαίρεσις *aequinoctiorum*	13′.	37″.	8‴.
Pars ἐπιβάλλον 56′. *minut. congr.*	1.	8.	35.
Προσθαφαίρεσις *aequinoct. aequata,*	12.	28.	33.

Hæc deinde προσθαφαίρεσις addita Simplici Æquinoctiorum motui prodibit vera Æquinoctij Verni Præcessio.

	Sexa.	*gra.*			
Aequalis Aequinoctiorum praecessio.	0	27.	55′.	33″.	28‴.
Προσθαφαίρ. *Aequinoct. aequata.*		0.	12.	28.	33.
Vera praecessio Aequinoctij Verni.	0	28.	8.	2.	1.

INTERVALLI TEMPORIS, QVOD *inter Medium, & Verum Plenilunium Ecleipticum intercedit, inueniendi* RATIO.

Ad hoc opus, προσθαφαιρέσεις ambæ, Orbis, nempe Solis absolutè, & Primi Epicycli Lunæ per eorum Anomalias; Solis coæquatam, Lunæ æqualem inuestigandæ sunt hoc pacto. *Praecept.* 15. 45. & 46.

sex.gra.

PRIMO igitur *Anomalia simplex Aequinoct. est* 2.54. 58'. 1''. 46'''.

Aequatio Centri pro 54. gradibus est	0 53. 1.
Ac pro 55. gradibus	44. 13
Differentia 1. gradus hoc est 60. minutorum est.	8. 48''.
	vel 528''.

Pars igitur Logistica ratione congruens 58'. min. Anomaliæ simplicis Æquinoctiorum sic assumetur, atque venabitur,

60. minuta dant 528''. quantum dabunt 58'. Anomaliæ?

Ductis itaque 58'. in 528''. pars proportionalis, quæ competit 58'. minutis prouenit. 8'. 30''. 24'''. subtrahenda ab æquatione Centri Solis ☉ respondenti 54. gradibus, quia decrescit æquatio sequens.

Προσθαφαίρεσις Centri ☉.	0 53' 1''. 0'''.
Pars ἐπιβάλλον ad 58'.	8 30 24
Æquatio Centri Solis æquata,	0 44. 30. 36.
Minuta verò Proportionalia seruanda.	8. 0

Hæc æquatio Centri ☉ addenda est (vt fert Canonis titulus) Anomaliæ ☉ annuæ, quia Anomalia simplex Æquinoctiorum non complet semicirculum, hoc est 3. Sexagenas, quæ faciunt 6. Dodecatemoria, vel Signa Zodiaci, vt fiat coæquata Solis Anomalia.

	Sexa.	grad.			
Anomalia ☉ *annua æqualis*	4	31	1'	40''	13'''
Aequatio Centri ☉ *æquata*			44.	30.	36.
Coæquata Anomalia ☉ *annua*	4.	31.	46.	10.	49

Iam cum hac Anomalia coæquata quærenda est προσθαφαίρεσις Orbis ☉ absoluta ex Canone προσθαφαιρέσεων ☉, Ac differentia, quæ est inter 31. & 32. gradum, est 7''. scrup. secund. Ergo per ἀναλογίαν τοῦ ἐπιβάλλοντος pars proportionalis, quæ debetur 46'. minutis, quæ adhærent 31. grad. anomaliæ est 5''. scrup. secund. subtrahenda ab æquatione Orbis ☉, gradibus 31. respondenti, nempe ab 1. grad. 50'. 33''.

0 5. pars τοῦ ἐπιβάλλοντος.

1. grad. 50. 28. *Aequatio orb.* ☉ *æquata.*

Excessus autem Orbis, siue Diuersitas Diametri eius est 32'. 33''.

Quæ multiplicata per Minuta Proportionalia 8''. supra annotata, & seruata, productum per 3600''. diuisum, dabit partem proportionalem, æquationi quidem Orbis ☉ æquatæ addendam, vt fiat absoluta.

Ergo

Ergo 3600″. dant 32′. 33″. quantum dabunt 8″. min. Proportion. 1952″.

Ductis 8″. in 1952″. & producto eorum 15624 diuiso per 3600. dat in quotiente 4″. pro parte proportionali: addenda æquatæ ☉is orbis προσθαφαιρέσει 1. grad. 50′. 28″. vt sit, *gra.*
Προσθαφαίρ. ☉ Orbis absoluta. 1. 50′. 32″.

Adiectiua Medio Motui Solis, vt verum eius locum monstret. Dum enim ☉ à Perigæo Eccentrici sui orbis ascendit ad Apogæum, vt hoc Deliquij Lunaris tempore facit, & vlterius, tantundem apponit Medio motui, quantum ab Apogæo ad Perigæum descendendo προσθαφαίρεσιν tollit.

Sexa. grad.
DEINDE *Anomalia* ☽ *æqualis est* 2. 29. 59′. 39″. 46‴. In Canone igitur προσθαφαίρ. ☽. sub 2. Sexagenis, & è regione 29. grad. προσθαφαίρεσις, seu æquatio offertur 2. grad. 44′. 27″. ac differentia æquationum 29 gradus, & sequentis 30. est 4′. 40″. hoc est, reductis 4′. in secunda per 60′. cum additione 40″. 280″. secunda scrupula.

60. igitur dant 280″ differentiæ gradus 1. quantum 59? Quotiens diuisionis eorum producti per 60. est 4′. 35″. pro parte congruente 59′. minutis Anomaliæ ☽, subtrahenda quidem, (vt titulus Canonis præ se fert) quia decrescit æquatio subsequens, ab æquatione primi epicycli respondente 29. gradibus Anomaliæ ☽. *gra.*

Aequatio primi epicycli pro 29. grad. 2. 44′. 27″.
Pars τ̃ ὑπερβάλλοντος 59. minut. 4. 35

προσθαφαίρ. 1. epicycli æquata. 2. 39. 52.

Hæc æquatio subtrahenda. vel Ablatiua est à media, seu æquali longitudine ☽ à ☉, eò quòd ☽ incedente in hoc Deliquio suo per priorem Epicycli sui medietatem; (Quod patet ex eius Anomalia, quæ cùm 3. Sexagenas, vel 6. Dodecatemoria non excedat, existit itaque adhuc in priore medietate sui Epicycli) προσθαφαίρεσις verum ☽ motum medio minorem facit. In altera verò sui Epicycli medietate maior ☽ motus cùm sit; (vt in 3. ἐπιλογισμῷ ☽ Deliquij Septembris patet. Versatur enim ☽ in altera Epicycli medietate: ac proinde Anomalia coæquata eius maior 6. signis vel semicirculo epicycli est) tum προσθαφαίρεσις primi Epicycli absoluta Adiectiua est medio motui, vt verus eius locus in Zodiaco innotescat.

IAM ſimul iunctæ hæ προσθαφαιρέσεις, ⊙ ſcilicet Orbis abſoluta, & Primi Epicycli ☽ æquata, dant arcum in Ecleiptica, quem ☽ certo INTERVALLO temporis perambulatura, ſeu euectura eſt à Media ad veram Solis Diametrum Ecleipticam, Id quod perquiritur.

	grad.			
Προσθαφαίρεσις ⊙ orbis abſoluta,	1.	50′.	32″.	*add.*
Προσθαφαίρ. 1. epicyc. ☽ æquata,	2.	39.	52.	*ſubt.*
Summa προσθαφαιρέσεων ⊙. ☽.	4.	30.	24.	

vel arcus Zodiaci datus pro euectione ☽ à ⊙ à Media ad Veram ⊙ & ☽ diametrum.

Præcedit autem Lumen vel Luminare, in Zodiaco, (hoc eſt minùs graduum Ecleipticæ occupat altero,) *cuius æquatio eſt Ablatiua, tantum, quanta eſt ſumma vtriuſque προσθαφαιρέσεως*, nempe ☽: hoc eſt, non euecta eſt ☽ motu ſuo in tot gradus, quot poſſidet ⊙; ſuperſunt enim adhuc longitudinis ☽ à ⊙, à Media ad Veram ⊙ Oppoſitionem, locum ſcilicet ⊙ diametrum tantum gradus, quantum ſumma προσθαφαιρέσεων habet ⊙ & ☽. Ex quibus ſequitur Tempus veræ oppoſitionis Luminarium poſterius eſſe Mediç Oppoſitionis tempore.

Conſtat verò Lunam perambulare 1. Zodiaci gradum duabus horis. Conficiet itaque 4. gradus ſummæ προσθαφαιρέσεων ⊙ & ☽. 8. horis. Vt igitur INTERVALLVM temporis, quod intercedit inter Mediam, & Veram ⊙ & ☽ Diametrum ecleipticam, inueſtigari poſſit, & habeatur: In Canone Diſtantiæ veræ coniunctionis, vel oppoſitionis à media ⊙ & ☽, cum Anomalia ☽ æquali reducta in gradus integros 149. 59′. 39″. (nam 2. Sexag. 29. gra. 59′. eiuſmodi numerum ſtatuunt) videndum quantum conficiat ☽, 8 horis.

Præcepto 44.

		grad.		
Sub 8. itaque horis, & è regione	150 gra. ſunt	4.	35′.	24″.
Et è regione	140 grad.	4.	31	3
Doctrina eſt anom.	10. gr. euect.	4.	21.	

Sic ergo ἀναλογιστέον ἐστὶ, 10. grad. — 4′. 21″. — 9. grad. 59′.
600′. 261″. 599′.

Ductis 261″. ſcrup. ſecundis in 599′. min. productóque 156339″. diuiſo per 600′. pars proportionalis, quæ debetur 9. gradibus, 59′. minut. anomaliæ ☽, eſt 4′. 20″. addenda euectioni ☽ à ⊙, 8. horis è regione anomaliæ ☽ æqualis 140. graduum.

Pro

gra.

Pro Anomal. ☽ 140. graduum — 4. 31′. 3″.
Pro 9. gradib. 59. minutis. 4. 20.

Euectio ☽ à ☉ vera 8. horis 4. 35′. 23″.

Sed summa προσθαφαιρέσεων orbis ☉ absolute,&Primi Epicycli ☽ minor est hac euectione ☽ à ☉ 8. horis. Est enim 4.grad.30′. 24″.(vt suprà) Constat ergo Lunam conficere,& perambulare arcum illum 4. grad.30′. 24″. minori Interuallo temporis, quàm 8. horarum spacio, quandoquidem arcus Zodiaci hic datus minor sit euectione ☽ à ☉ 8. horis. Ratiocinatio itaque hæc erit,

grad. *hor.* *gr.*
4. 35′. 23″.—8.—4. 30′. 24″.

Ducto igitur secundo numero, (in 480′. min.redacto)in tertium, (qui est 16224″. scrup.sec.)productum,quod est 7787520″. si diuidatur per primum numerum (qui 16523.scr.secundorũ est) erit quotiens 471. min.quæ postea distributa in 60. minuta horaria, prodit Tempus quæsitum, INTERVALLVM scilicet Veræ,& Mediæ πανσελήνης Ecleipticæ, 7. Hor. 51. minut.Reliqua verò,quæ post diuisionem minuta secunda restant 5187″. ducta rursus in 60′. productúmque 311220″. per veram euectionem ☽ 8. horarum,hoc est per 16523″. scrup.secunda diuisum, vt iam operatum est suprà, exeunt adhuc 18″. quæ addita 7. Horis 51. min. Integrum INTERVALLVM habetur Hor. 7. minut. 51′. scr.sec.18. quod intercedit inter Mediam, & Veram Luminarium oppositionem, quódq; colligitur ex arcu Ecleipticæ iunctarum προσθαφαιρέσεων ☉. & ☽.

IAM hoc INTERVALLVM 7. Hor. 51′. 18″. additum
Tẽpori Mediæ op. ☉&☽.23.di.13. Hor. 18 15. prodit,

Tempus vera πανσελήνου. 23.*di.*21′. *Hor.* 9′. 33″.

Hoc est 23.diebus,media nocte diem 24. præcedente elapsis, &absolutis, ac prætera 21. horis 9′. 33″. ab ipsa media nocte initium trahentibus fit hæc Luminarium oppositio in Meridiano inclytæ vrbis PRVSSIÆ, *Königsberg*, seu Regij montis, hoc tempus numerando. A quo sublata differentia Meridiani illius à nostro Latobrico Lemanno, (quæ est, vt supra, 1. horæ 11.minut.) quia plures horas numerant Orientaliores, quàm in nostro Meridiano, resultabit Tempus verum, veræ oppositionis Ecleipticæ huius ad nostrum Meridianum reductum,19. hor. 58′. 33″. à media nocte 24. diei initiantis exordium trahentia : hoc est demptis *Pracep.2.*

12. horis, quæ ſunt horæ Meridiei 24.diei, à 19. horis 58'. minut. 33''. ſcrup. ſecund. cadit Vera oppoſitio ☉ & ☽ Ecleiptica in 7. horam 58. minuta 33. ſecunda, hoc eſt in 8. ferè horam Poſt Meridiem 24. diei Martij Romana conſuetudine numerando. Sed hoc tempus æquandum eſt, vt mox fiet.



ΠΟΡΙΣΜΑ,

De mediorum motuum cœleſtium ſtatu, ad tempus Interualli Mediæ & Veræ Πανσελήνης.

Præcepto 8.

	gra.	'	''	'''
Simpl. Præceßionis Aequinoctij.		0'	0''	2'''.
Anomalia Aequinoctij verni.		0	0	18.
Simplicis ☉ & æqualis motus.		19.	20	32
Anomalia ☉ annuæ motus.		19	20	31
Longitudinis ☽ à ☉ motus.	3	59	14	19
Anomaliæ ☽ æqualis motus.	4	16	23	47
Latitudinis ☽ motus ſimplex.	4	19.	37	44.

Hi motus ſimplices, & æquales additi, vt debent, motibus Mediæ oppoſitionis Luminarium ab initio calculi eorum inuentis, eò quòd Medium Verum Plenilunium Ecleipticum tempore præcedit,

CONSECTARIVM,

De verorum motuum cœleſtium ſtatu ad veram & viſibilem Oppoſitionem Luminarium Ecleipticam, tale erit.

	Sex.	grad.			
Præceßio Aequinoctij verni.	0	27	55'.	33''	30''''.
Anomalia Aequinoctij verni.	2	54	58	2	4
Simplicis & æqualis ☉ motus.	5	43	35	29	59
Anomaliæ ☉ annuæ æqual.	4	31	21	0	4
Longitudo ☽ à ☉ æqualis	3	3	59	15	8
Anomaliæ ſimpl. ☽ motus.	2	34	16	3	33.
Latitud. æqual. ☽ motus.	4	26	8	55	57.

His

His ita ad tempus veræ πανσελήνης Ecleipsantis paratis, Iam id tempus primò æquandum est, vt tempus apparens veræ Luminarium oppositionis habeatur: nam ad tempora æqualia motus cœlestes omnes ex tabulis astronomicis colliguntur, non ad tempus apparens, quia dies ciuiles, à meridiano numerati, sunt inæquales &c. Secundò Coæquandæ Anomaliæ Solis & ☽, vt ex eorum προσθαφαιρέσεων coniunctione, & summa, probatio, num tempus veræ oppositionis inuentum sit, nec ne fiat, collatis iis cum motibus suis æqualibus ad tempus veræ eiusdem oppositionis. Tertiò, Eorum vera loca ab Apparenti Æquinoctio verno in Ecleiptica, cum Nodo Euehente ☊ inquirenda. Quartò, Latitudo ☽ vera ab Ecleiptica. Quintò, Semidiametri apparentes ☽, & vmbræ terræ ea quantitate, qua decet pro ratione positus ⊕ & ☽. Sextò, Quantitas Digitorum Ecleipticorum Lunæ. Septimò, Scrupula incidentiæ Lunæ, cum tempore mediæ moræ, seu incidentiæ, vel Casus ☽ in vmbram κωνοειδῆ terræ. 8. Postremò, Latitudo ☽ ad initium, & finem Deliquij vera, ex Tabularum Prutenicarum Canonibus, & Tabulis ad ea deputatis excerpenda.

ΣΥΝΆΛΛΑΓΜΑ

Veri in apparens tempus oppos. ⊕ ☽.

1. PRIMÒ, *⊕ simplex motus ad Veram opposit. est*	5	43	35′	30″	*Precepto*
προσθαφαίρ. ⊕ orbis absoluta ad.		1	50	32	15.
Distantia ⊕ ab Asterismo ♈.	5.	45	26	2	
Præcessio Vera Aequinoctij ver.		28	8	2	
Verus locus ⊕ ab appar. æquin.	0	13.	34.	4.	
Veri loci ⊕ ASCENSIO rect.		12	28	55.	
Motus ⊕ compositus ad veram opposit.		11	31	4.	

2. DEINDE *Aequalis motus ⊕ compositus ad initium annorum* CHRISTI IEHOVAH, *vel etiam* τῆς ΧΡΙΣΤΟΓΟΝΊΑΣ *annorum vera* ΕΠΟΧΗ *est* 278. 2′ 16″. *Precepto* 48.

Et ASCENSIO *recta temporum, ad idem initium annorum est* 279. 55′. 33″.

Hi itaque motus æquales ad initium annorum CHRISTI DEI, qui prioris sunt Temporis, ablati ab iis, qui sunt posterioris, differentiaque eorum inuicem collata, Excessus, hoc est προσθαφαίρεσις, seu Æquatio temporis quæsita habebitur, quæ deinde ab-

lata, vel addita tempori veræ oppositionis ☉ ☽, erit tempus æquale in apparens conuersum.

Quia verò hi ☉" & motus æquales, & Ascensiones rectæ temporum, posterioris quæ sunt Temporis, minores sunt motibus æqualibus ad initium annorum CHRISTI IEHOVAH, prioris qui sunt temporis, nec ab illis Motus prioris temporis Χριϛογονίας detrahi possunt, (quod fieri oportet) Ideò assumendus erit integer circulus 360. graduum hoc pacto.

	Sex. grad.			
Compositi ☉ motus,	0.	11.	31'.	4".
Circulus assumptus.		360.	0.	0
		371.	31.	4
Aequal. ☉ mot. Χριϛογον.		278	2	16
Differentia motuum.		93.	28.	48.
Ascensio rect. temp. ☉		12	28	53
Circulus assumptus.		360	0	0
		372.	28.	53
Ascensio recta temp. Χριϛογ.		279	55	33
Differentia temporum.		92	33	20

Σ Υ' Γ Κ Ρ Ι Σ Ι Σ,

Seu Collatio Differentiarum.

	Grad.		
Aequalium motuum ☉	93	28'	48".
Ascensionum rectarum temp.	92	33	20
EXCESSVS *Motuum*	0	55	28.

His 55'. minutis 28", quia excedunt Differentiam ascensionū temporum, ex Canone Conuersionis temporum Æquinoctialis, respondent 3'. 41". 52'". horæ vnius. Atque hęc est προσθαφαίρεσις temporis, Tempori veri Plenilunij Ecleiptici priùs inuento adiungenda, eò quòd Excessus est æqualium motuum, alioqui subtrahenda, si excessus ascensionum rectarum esset.

	Hor.			
Tempus veræ Πανσελήνης eclep.	7.	58'.	33".	'"
Προσθαφαίρεσις temporis. oppos.		3.	41.	52
Tempus apparens veræ oppositionis ☉ ☽.	8.	2.	14.	52

in Meridiano nostri Latobricorum Finitoris id numerando post Meridiem.

Verùm

Verùm ex Canone Aequationis dierum ciuilium, quem Origanus in suis Ephemeridibus nouis ad annum 1620. compositum à se dicit, qui citra errorem annis 50. ante, & post eum annum accomodari potest, Προσθαφαίρεσις temporis ad hoc Plenilunium Eclepticum maior excerpitur cum gradu ⊕, & minuto, vt fieri oportet. Nam cum verus locus ⊕ ab apparenti æquinoctio in Ecleiptica sit 13. grad. 34′. 4″. ♈, cum hoc vero loco excerpitur adhibita parte proportionali, æquatio temporis æquata 3′. 58″. quæ Tempori veræ oppositioni addita prodit, hoc pacto Tempus apparens Ecleipsis Lunaris 8. hor. 2′. 31″. *Capite 3. primæ partis pag 34.*

2 EXAMINATIO

Vtrum Tempus veræ Πανσελήνης rectè inuentum, & institutum sit, an verò secus.

	Sexa.gra.
Primò Anomalia simplex Aequinoctij verni,	2. 54 58′ 2″. 4‴.
Προσθαφαίρεσις centri ⊕,	53 1. 0
Pars proportional. 58. min. Anomaliæ,	8 30. 0
Aequatio Centri Solis æquata,	44. 31.
Minuta proportionalia interim seruanda,	0 8.
Anomalia Solis annua æqualis,	4. 31. 21 0 4
Aequatio centri ⊕ æquata,	44. 31 0
Coæquata ⊕ anomalia,	4. 32. 5. 31. 4

Cum hac Anomalia coæquata iam venatur προσθαφαίρεσις Orbis ⊕ æquata ex Canone προσθαφαίρ. ⊕ 1. 50′ 25″

Excessus verò, seu diuersitas diametri Orbis, 32 22.

de quo excessu pars proportionalis sumenda est cum minutis Proportion. 8‴. ad 60′.

Excessus itaque orbis ⊕ 32′. 32″. hoc est 1952″. scrup. sec. ducta in 8‴. minuta Proportionalia, productum est 15616″. Quæ diuisa per 3600″. procreantur 4″. quæ addita προσθαφαιρέσει orbis ⊕ æquatæ, absoluta fit.

	grad.
Προσθαφαίρεσις orbis ⊕ æquata	1. 50′. 25″.
Pars proportionalis de Excessu.	0 4.
Aequatio orbis ⊕ absoluta, Add.	1 50 29.

Sex.gra.

2. *Deinde ad Tempus Veræ oppositionis longit.* ☽ à ☉ 3. 3. 59'. 15". 8'''.

3. 3. 59. 15. 8

Præcepto 84. *Duplex longitudo Lunæ à Sole,* 0. 7. 58. 30. 16.

Hæc duplex longitudo dat ex Canone προσθαφ. ☽, æquationem Secundi epicycli æquatam per partem proportionalem ad 60' minut. 2. grad. 9. minut. 58". Nam 7. gradibus duplicis longitud. ☽ à ☉ respondet 1. grad. 54'. 52". Et pars proportion. quæ debetur 58'. minutis adhærentibus 7. gradibus, est 15'. 6", quæ addita 1. gradui, 54'. 52". constituitur προσθαφ. secundi epicycli addenda Anomaliæ ☽. simplici, 2. Sexag. 34 grad. 16'. 3"

2 grad. 9. 58

Coæqua. anomal. ☽ 2. *Sexag.* 36 *grad.* 26. 1.

IAM per hanc Anomaliam coæquatam colligitur προσθαφαίρ. Primi epicycli ☽ æquata 2. grad. 8'. 25". cum sequenti Excessu 1. grad. 20'. 16", de quo pars proportionalis sumenda est cum scrupulis Proportionalibus 22". excerptis cum Duplici longit. ☽ à ☉, ad 60. collatis.

Ducto itaque Excessu, qui est 4816". ad 22". Minut. Propor. productóque eorum 105952'''. per 3600". diuiso, exit pars ὑπερβάλλον de Excessu, quæ debetur 22". proportionalibus, addenda æquatæ προσθαφ. primi Epicycli, 2. grad. 8'. 25".

Pars congruens de Excessu. 0 29

Προσθαφαίρ. 1. *Epicycl.* ☽ *absol.* 2. *grad.* 8'. 54". *Subt.*

Iunctæ itaque hæ ☉ & ☽ προσθαφ. absolutæ ostendunt distantiam, vel arcum Eclipticæ inter Mediam, & Veram Oppositionem. hoc est Veram ☽ euectionem Interuallo temporis, quod est inter Medium, & Plenilunium Eclipticum.

	grad.			
Προσθαφαίρ. orbis ☉ absoluta	1	50'	29"	*adiect.*
Προσθαφ. 1. epicycli ☽ absoluta.	2	8	54	*ablatiua.*
Iuncta προσθαφαιρέσεις.	3.	59.	23.	

Quæ, quia 9". scrupulis secun. tantùm absunt à vero motu ☽. interstitio Veræ, & Mediæ opposit. ☉ ☽, & fermè motui eius correspondent, rectè inuentam esse Veram Oppositionem hanc Luminarium ☉ ☽ Eclipticam dicimus, & pronunciamus. Hoc enim pacto probatur num Tempus Veræ opposit. aut coniunct. Luminarium, cum motibus suis collatis, rectè an verò secus constitutum sit.

3. COR-

3. CORRELARIA,

De veris locis ☉, ☽, & Genzaharis ☊, ab apparenti Aequinoctio in orbita ☉.

SOLIS ☉.

	Sexa.grad.					
Simplex ☉ motus ad veram oppos.	5.	43.	35′	29″	59‴	
Προσθαφαίρεσις orbis ☉ absolut.		1	50	29	0	
Distantia ☉ ab Asterismo ♈.	4	45	25	58	59	Praecepto 15.
Vera Praecessio Aequinoctij Verni.	0	28.	8.	2	1	
Verus locus ☉ ab app. Aequinoct.	0	13	34	1.	0	

LVNAE, ☽.

	sex.grad.					
Longitud. ☽ à ☉ iunctis προσθαφ.	3	3	59′	23″.	‴	Praecepto 24.
Simplicis ☉ motus.	5	43	35	29	59	
Motus ☉ & ☽ simul iuncti.	2	47	34.	52.	59	
Praecessio vera Aequinoctij Verni.		28	8	2	1	
Distantia ☽ à prima stella ♈.	3	15	42	55	0	
Προσθαφ. 1. epicycl. absol. ☽		2	8	54	0	
Verus locus ☽ ab app. aequinoct.	3	13.	34	1	0.	

Alio modo.

	Sexa.grad.				
Longitudo ☽ aequal. à ☉	3.	3	59′	23″	0‴
Προσθαφαίρ. 1. epicyc. ☽ absolut.		2	8	54	subtra.
Distantia ☽ à ☉ opposit. per se	3	1	50	29	0
Simplex ☉ motus,	5.	43	35	29	59.
Distantia ☽ à 1. stella ♈	5.	45.	25.	58	59
Praecessio vera Aequinoctij		28.	8.	2.	1.
Verus locus ☽ ab app. aequin.	3	13.	34.	1.	0.

GENZAHARIS, ΣΥΝδέσμου Ἀναβιβάζοντος, seu Nodi Euehentis ☽, quem Caput Draconis vocant.

	sex.	gra.			
Simplicis ⊕ motus ad Ver. opp.	5	43.	35′	29″	59‴
Longitudo ☽ à ⊕ aequalis.	3	3	59	23	0
Distantia ☽ ab Asterismo ♈.	2	47	34	52	59
Latitudinis ☽ aequalis motus.	4	26	8	55	57
Distantia Borei limit. ab Aster.	4	21	25	57	2.
Quadrans circuli subtractus.	1	30	0	0	
Distantia ☊ à 1. stella ♈.	2	51	25	57	2
Vera Praecessio aequinoctij		28	8	2	1
Verus locus ☊ ab app. aequ.	3	19	33	59	3.

Praecepto 26.

4. Aequalis motus latitud. ☽	4	26	8	55	57
Προσθαφ. 1. epicyc. absol.		2	8	54	0. subt.
Verus motus latitud. ☽	4	24	0	1	57.

Praecepto 28.

Praecepto 29. Hic motus latitud. dat ex Canone integro Latitudinis Lunae Veram ☽ Latitudinem medio Ἐκλείψεως tempore, nempe 31. minutorum 19. scrupulorum secundorum, cum denominatione AVSTRALI.

5. SEMIDIAMETRORVM Lunae & vmbrae terrae κωνοειδής apparentium in hoc Deliquio Quantitas.

Sex. grad.

Coaequata anomalia ☽ supra inuenta est 2. 36. 26′. 1″. 33‴.

Praecepto 49. ITaque per hanc exquiruntur ex Canone Semidiamet. ⊕ & ☽ cum vmbra Terrae, Semidiametri vtrorumque, resolutis Sexagenis in gradus integros, nempe in 156. grad. 26. minut.

Hi ergo 156. grad. 26′. minut. adhibita correctione per partem τοῦ ἐπιβάλλοντος, dant 17′. scrupula 40″. secunda. pro Semidiametro Lunae apparenti.

Iterum verò eâdem Anomalia ☽ coaequata excerpitur, è regione 156. graduum adhibita correctione per partem propor-

tionalem

tionalem Semidiameter Vmbræ Terræ, 49. minut. 13". ſcrup. ſecundorum. Vtraque ſub conuenientibus Titulis.

Porrò hæc Semidiameter vmbræ coæquanda eſt, quia ☉ motus in Eccentrico orbe ſuo ſubinde variat terrenæ vmbræ, tum longitudinem, tum profunditatem, cui ☽ in Deliquiis ſuis variè etiam immergitur. Canon autem ſuppeditet tantùm Semidiametros eius Vmbræ, (quam iactat terra;) Soli Apogæo oppoſitæ. Ideò per Coæquatam ☉ anomaliam ex Canone eodem excerpitur variatio vmbræ, 26". ſcrup. ſecundorum, quæ ablata à Semidiametro vmbræ apparenti 49'. 13". habebitur Coæquata Semidiameter Vmbræ Terræ apparens. 48'. 47".

6. *DIGITORVM ECLEIpticorum Corporis Lunaris Quantitas.*

Semidiameter ☽ apparens eſt	17'.	40".	*Præcepta 51.*
Semidiameter Vmbræ æquata	48.	47.	
Summa Semidiametrorum	66.	27	
Latitudo ☽ vera	31	19	
Pars deficiens vel reliquum de ſumma ſemidiametrorum.	35	8	
Et tota Diameter app. ☽	35	20.	

Iam hæc Tota Diameter ☽ 35'. 20". in Canone Digitorum Ecleipticorum dat ſub 30. minutis ſcrupul. reliquorum de ſumma Semidiametrorum DIGITOS 10. 11'.

Et ſub 5. ſcrup. reliqu. de ſumma Semidiam.	1.	42
Et pro 20". per proportionem reſultant		6.
DIGITI Ecleiptici πανσελήνης	11.	59.

COROLLARIVM.

Ex his perſpicuum eſt, cùm ☽ Diameter conſtet 12. partibus æqualibus, ſeu Digitis, quos impropriè vocant, ac quælibet duodecima pars corporis ☽ in 60. minuta diuidatur, aut diſtribuatur, Lunam immerſam Vmbræ Terræ, in ipſa ἐπιτάσει ἐκλείψεως *quodammodo, & aliquantulùm adhuc viſibilem fore, propter eius globi circumferentiam Vmbræ circumferentiæ iunctam. Ac proinde exinde, & illicò emerſu-*

ram esse ex Vmbra Lunam, motúque suo seipsam euoluendo versus Ortum Solis sensim splendorem suum plenè paulatim recuperaturam, & accensuram.

7. SCRVPVLA INCIDENTIÆ ☽ in vmbram Quanta.

Præcep. 52 SCRVPVLA Incidentiæ, seu ἐμπλώσεως, καὶ ἀναπληρώσεως sunt ea, quæ ☽ ab initio Deliquij sui ad Medium quidem eius in particulari, vel totali sine mora, vt huius est, peragrat, quę immersionis scrupula vocantur, seu ἐμπλώσεως. Et scrupula ἀναπληρώσεως sunt ea, quæ à medio Deliquio, vel ab initio emersionis ☽ ad finem Luna perambulat in Ecleiptica, numerata à ☉, quæqúe repletionis scrupula vocantur.

In hac igitur Ecleipsi, quia totalis ferè, vel sine mora in Vmbram immergitur Terream, Sola scrupula incidentiæ exquiruntur. Ad hoc autem duo hæc necessaria sunt, 1. *Latitudo vera* ☽. 2. *Summa Semidiametrorum Lunæ, & Vmbræ Terræ.*

Vera latitudo Lunæ	31′.	19″.
Summa Semidiametr.	66.	27.

Itaque in Canone Scrupulorum incidentiæ, & moræ dimidiatæ simul in Defectu ☽, cum Veræ latitudinis 30. minutis, sub. Summa Semidiametrorum 66′. in angulari proselyde offeruntur 58′. 48″. ac quia Canon assurgit tribus minutis latitudinis, differentia huius, & sequentis angularis proselydis, 3′. scilicet minutorum latitudinis, est 1′. 38″. hoc est 98″. scrupulorum secund. Per ἀναλόγιαν igitur dico, 3′ dant 98″.—1′. 19″. de 31. min. 19″ sec. ☽ latitudinis? 180″ 79″.

Ductis 98″ in 79″ productóque 7742″ per 180″ partito, pars proportionalis, (quæ debetur 1′ minuto. 19″ secun. veræ latitudinis ☽) prouenit 43″ scrup. secundorum, à 58′ 48″ demenda quæ sunt, eò quòd numerus sequens scrupulorum minor est in Canone, & relinquuntur Scrupula Incidentiæ pro latitudine ☽ 31′. 19″. cum summa Semidiametrorum ☽, & Vmbræ.

Pro 30′. minut. latitud.	☽	58′	48″.
Pro 1. min. 19″. latit.		0	43.
Scrup. incidentiæ	☽	58′	5″.

ad 66′. Semidiametrorum.

At verò, cùm adhæreant Summæ Semidiametr. ſcrupula ſecunda 27″. pars etiam proportionalis, quæ iis debetur, aſſumenda eſt. Itaque ſub 67′. numero ſummæ Semidiametrorum, & è regione 30. ſcrup. latitudinis ☽, in angulari proſelyde excerpuntur 59′. 55″. ac cùm differentia huius & ſequentis anguli ſit 1′. 36″. hoc eſt 96″. pars ἐπιβάλλον, quæ debetur 1. minuto, 19″. latitudinis ☽, eſt 42″. quæ ſublata à 59′. 55″.

42 COLLATIO.

remanent 59′. 13″ *ſcrupula Incidentiæ ad 67′ Semidiamet.*
58 5 *Scrupul. Incident. ad 66′. Semid.*

1′. 8″. *Differentia ſcrup. incid. vtriuſque.*

Iam 60″ Summæ Semidiametr. dant 68″. quantum 27″? Ductis 27″ in 68″. procreantur 1386″. quæ diuiſa per 60″. pars proportionalis congruens 27″. prouenit 31″. ferè ſcrup. ſecun. Quæ addita ſcrupulis Incidentiæ ad 66. ſcrupula Summæ Semidiametrorum, prouenïunt Vera ſcrup. Incidentiæ æquata, & correcta ad 66′. ſcrup. 27″. ſecunda.

Scrupula incidentiæ ad 66′. ſummæ ſemid.	58′.	5″.
Τὸ ἐπιβάλλον, congruens 27″. ſumm. ſemid.		31
Scrupula vera Incidentiæ ☽ in vmbram.	58.	36.

TEMPVS, CASVS, ET
moræ dimidiæ Ecleipſeωs ☽.

SCRVPVLA Incidentiæ ☽ in vmbram diuiſa per motum ☽ horariũ prodibit Tempus Incidentiæ, & moræ dimidiæ Ecleipſis ☽ in Vmbra. Motus autem ☽ horarius per coæquatam anomaliam ☽ excerpitur ex Canone Diſtantiæ veræ oppoſitionis vel coniunctionis à media ☉, & ☽. hoc modo, *Præceptũ 52.*

Coæquata anomalia ☽ 156. grad. 26′. ſupra exiſtit. Ac 150. gradus ſub 8. horis euectionis ☽ à ☉ dant horarium motum in Canone, nempe 34′ 30″.

6. verò gradus de 156. anomal.	0′	13.
Et 26′. adhærenia gradibus 156.		1.
Motus Lunæ horarius	34′.	44″

Iam dico, 34′. 44″ dãt 1. hor. hoc eſt 60′. quãtũ 58′. 36″. Incid.?
2084″ 3600″ 3516

Ductis itaque 3516''. in 3600''. productóq; eorum 12657600''. per 2084''. diuiso, proueniunt in quotiente 6073''. quæ deinde per 60' diuisa, vt fieri solet, dant 101'. minuta horæ, quæ rursum per 60'. partita, producunt 1. horam 41'. 13''. pro Tempore CASVS, seu Incidentiæ, & moræ dimidiæ in Vmbra, hoc est pro medio Temporis, quo ☽ morabitur cadere in Vmbram Terræ ab initio Deliquij sui ad Medium vsque, maiorem scilicet corporis sui obscurationem.

Tempus itaque Casus ☽ in vmbram terræ erit horæ 1. minut. 41'. 13''. ab initio ad medium, vel rursum à medio ad finem totius Deliquij, vt sit Duratio totius Ecleipseos 3. horarum, 22'. 26''.

8. *LATITUDO VERA LUNAE ad initium, & finem Deliquij Quanta.*

Præcep. 53 POSTREMÒ Motus ☉ congruens Dimidiæ durationi Deliquij additus Summæ Scrupulorum Incidentiæ, vel Moræ dimidiæ, colligitur motus ☽ à prima stella Arietis, (quam Asterismum κατ' ἐξοχὴν vocant) congruens tempori Dimidiæ durationi.

Motus ☉ ad Horam 1.		2'.	27''.	50'''.
Motus ☉ ad minut. 30		1.	13.	55.
Motus ☉ ad minut. 11			27.	6
Motus ☉ ad 1. horam 41. minut.		4'.	8''.	51'''.
Summa scrupulorum incident.		58	36	0
Verus motus ☽ ab Asterism.	1. gr.	2.	44.	51.
Verus motus latitud. ☽	4. sexag. 24. gr.	0'	1''.	54'''.
Verus ☽ motus ab Asteris.	1	2.	44.	51
Latitudinis Verus motus ☽ ad initium	4. sexa. 22.	57.	17.	3

IAM, cum vero hoc motu latitudinis ☽, vera latitudo ☽ ex Canone latitudinis ☽ in Ecleipsibus excerpitur hac ratione. 4. Sexagenæ sunt 8. Signa, vel Dodecatemoria Zodiaci. Ergo cum 8. Signis, & 22. gradibus cum 50. minut. ingressus, offeruntur 37'. 23''. ac differentia 10'. quibus assurgit Canon, aut decrescit, de gradu in gradus est 52''. scrupulorum secund.

cund. 10'. igitur decrescunt 52". quantum 7'. 17". de 57'. veri motus latitudinis ☽ ad initium? 477".

Ductis 52". in 477". productóque eorum 24804". partito per primum numerum in 600". reductum, vt fieri debet, pars proportionalis exit, nempe 41". subtrahenda, eò quòd decrescit numerus sequens in Canone è regione 23. graduum.

Pro 22. grad. 50'.	37'.	23"	
Pro 7'. 17".	0	41.	
Latitudo ☽ ad initium.	36.	42.	*Merid. ascend.*

	Sexa.	*gra.*			
Deinde Verus motus latitud. ☽,	4.	24.	0'.	1".	54'''.
Verus motus ☽ ab Asterismo.		1.	2.	44.	51.
Verus motus latitud. ad exitum	4.	25.	2.	46.	45

Simili modo, cum 8. Dodecatemoriis, & 25. gradibus excerpuntur ex eodem Canone 26'. 7". & pars proportionalis, quæ debetur 2'. 46". per ἀναλογίαν, est 14". demenda à 26'. 7". congruentibus 25. gradibus latitudinis motus, vt fit

Latitudo ☽ ad exitum Deliquij 25'. minut. 53". cum denominatione etiam Meridionalis Ascendens.

TERMINI


Ecleipseωs Lunæ.

		Hor.				
Fuit ergo huius Deliquij ☽	Initium,	6.	21'.	1".	tempore appa. à meridie	24. Mar. Anni veteris. 3. April. ref.
	Medium, seu visa opp.	8.	2.	14.		
	Finis,	9.	43.	27.		

DIAGRAMMA,

Seu Figura Deliquij Lunaris, Sole constituto in longitudine media sui Eccentrici orbis. Quod colore nigro, mixto viridi, ac rubeo: hoc est rubiginoso, & deformi in vmbra terræ apparuit.

Obseruatio autem eius coloribus tale apparuit, & visum est.



Præcepto 65.

EXPLICATIO ET declaratio huius Typi.

LINEAM ☉, vel Ecleipticam, in qua vel prope quam fiunt Ecleipses Solis, & Lunæ, vnde nomen habet, indicat linea literis c a b designata. Medietas eius, quam constituit c a, quantitatem semidiametri Lunæ, & Vmbræ terræ simul aggregatam comprehendit. Circulus maior, & extremus, cui apponuntur b e c f, Diametros Lunæ & Vmbræ visuales, & apparentes recipit, de quo b, Ortum

Ortum ☼, f Meridiem, c Occasum, e verò Septentrionem respicit.

Orthogonalis super Ecleipticam est e r a o g f *per Zodiaci polos pertransiens.*

Quantitatem Semidiametri Vmbræ metitur linea a d.

Circulus niger, quem describit d g i r, *diametrum Vmbræ terræ continet.*

Punctum super l. *Latitudinem* ☽ *ad initium Ecleipsis designat, ita punctum in* o, *ad medium Ecleipsatæ:* n *verò ad finem, quarum quidem latitudinum denominatio est vbique Meridionalis Ascendens, cùm situs earum versus Meridiem ab Ecleiptica* c a b, *tendat.*

Linea obliqua, quam determinat l o n, *Transitum, seu Viam Lunæ ab initio ad finem vsque Deliquij* ☽ *ostendit.*

Circulus super l, *punctum descriptus, corpus* ☽ *in initio Defectus præ se fert, dum Vmbram ingredi incipit.*

Circulus in o *centro, corpus* ☽ *in medio Ecleipsis repræsentat, cuius 12. ferè partes, seu Digiti vmbram subeunt, ac penè tota deficit.*

Circulus verò super n, *punctum corpus Lunare est ad exitum, dum* ☽ *ex vmbra terræ primò euasit.*

Hi porrò circuli 3. corporis ☽ *secundùm proportionem semidiametri* ☽ *accepti sunt, cuius quantitatem* c d *definit, & metitur.*

Ex quibus perspicuum est hoc Deliquium ☽ respectu Ecleipticæ, & positus Lunæ VLTRA ECLEIPTICAM, versus Meridiem fieri. Quod erat demonstrandum in hoc Deliquio.

DENOMINATIONVM

& Vocabulorum motuum cœlestium, quibus in hoc τῆ Ψηφοφορίας ἐπιλογισμῷ Deliquij huius Lunaris, aliorúmque omnium vtendum est,

DECLARATIO ET EXPLICATIO.

PRIMÒ, Præcessionis Æquinoctiorum æqualis motus est is, quo fit, vt æqualibus temporibus per æqualia inuicem Interualla locus ÆQVINOCTII Verni, & prima stella Arietis, quam Asterismum vocant, recedunt.

Præceſſionis verò Æquinoctiorum verus motus eſt is, quo ad Tempus datum aliquod,& definitum, eadem prima Stella ♈, & locus apparens ÆQVINOCTII Verni certo Interuallo inuicem diſtinguntur. Quare arcus Zodiaci inter duos circulos magnos comprehenſus, quorum vterque per eiuſdem Zodiaci Polos deſcribitur, ſed alter horum ſimul per primam Arietis ſtellam tranſit,erit Æqualis motus Præceſſionis Æquinoctiorum, ſi reliquus eorum per locum Medij Æquinoctij deſcribitur. Verus autem motus Æquinoctiorum Præceſſionis, ſi idem reliquus per locum Apparentis ÆQVINOCTII delineatur.

Προσθαφαίρεσις itaque, ſeu Æquatio Æquinoctiorum eſt illa differentia, quæ inter Medium, & Apparentem motum, vel inter Medium,& Apparens ÆQVINOCTIVM intercipitur. Sic prudenter Copernicus omnes motus cœleſtes à prima ſtella,vel Aſteriſmo,loco ſcilicet apparenti numerat,veluti à certo,& fixo principio,quod in ipſos etiam oculos incurrat.

Anomalia verò Æquinoctiorum dicitur arcus ille Zodiaci inter medium Æquinoctium,vnde argumentum motus habet hæc Anomalia, ſecundùm Signorum ſeriem,& locum motus eius deſignatum inerceptus.

DEINDE Medius motus ☽, ſeu æqualis, eſt arcus Zodiaci à medio loco ☉, vel centro,ad rectam lineam ex centro mundi per centrum Epicycli ad Zodiacum extenſam interceptus.

Verus autem motus ☽ eſt arcus zodiaci à centro ☉ ad rectam lineam ex centro mundi per centrum corporis lunaris ad Zodiacum extenſam, interceptus.

Longitudo ☽ à ☉ eſt arcus Zodiaci à linea medij motus ☉ ſecundùm ſignorum ſeriem ad lineam medij motus, quæ tranſit à centro mundi per centrum Epicycli, interceptus.

Longitudo verò duplicata, ſeu Centrum ☽, arcus eſt Zodiaci ab Apogæo Eccentrici,ſecundum ſignorum ſeriem vſque ad lineam Medij motus ☽ numeratus. Vocatur autem longitudo duplex,quia dupla eſt ad diſtantiam ☽ à ☉ : Et centrum appellatur, quia à Centro Eccentrici dependet.

Προσθαφαίρεσις ſecundi Epicycli, in Eccentrico, ſeu Æquatio Centri,eſt arcus inter Apogæum eius Medium, & Verum interceptus; vel eſt arcus Zodiaci, quo Veri,& Medij motus inter ſe differunt.

Ἀπόγειον autem Eccentrici orbis eſt punctum in circumferentia totius orbis à terra remotiſſimum,quod ab Arabibus AVX vocatur,

catur,& à Latinis Summa Absis. Et determinatur per lineam à centro mundi per centrum Eccentrici eiectam, & ad circumferentiam terminatam: quæ apogæi linea vocatur, in qua Eccentricitas metitur.

Περίγειον verò est punctum in eadem Eccentrici circumferentia terræ omnium proximum, & Apogæo oppositum, quod Ima Absis à Latinis,& Oppositum Augis Eccentrici ab Arabibus nuncupatur. Terminus eius est à centro mundi ad eam Eccentrici circumferentiam omnium proximam Apogæi puncti diametram linea ducta.

Anomalia æqualis, vel simplex, seu Argumentum medium Lunæ est arcus Epicycli inter Apogæum eius medium, & centrum corporis Lunæ, vel Planetæ cuiusuis interceptus, numeratus in eam partem, in quam Epicyclus fertur, & mouetur.

Anomalia verò Coæquata, siue Argumentum verum est arcus Epicycli inter Apogæum eius verum,& centrum corporis ☽, aut Planetæ interceptus.

Apogæum autem medium Epicycli est quod terminatur linea recta à centro, Eccentrici centri opposito in paruo circulo, per centrum Epicycli ad circunferentiam Eccentrici ducta. Περίγειον verò est punctum ei in Epicyclo oppositum eadem recta linea.

At Apogæum verum in Epicyclo est id, quod designatur recta linea ex centro mundi per centrum Epicycli. Perigæum verò est punctum in eodem epicyclo oppositum. Sunt autem Apogæum,& Perigæum Verum, & Medium vaga puncta in Epicycli circumferentia: vagantur enim vltra citráque punctum Concauitatis, hoc est Verum Epicycli Ἀπόγειον, vel punctum Æqualitatis, quod vocatur.

Προσθαφαίρεσις Primi Epicycli, vel æquatio argumenti ☽, est arcus Zodiaci inter lineam medij, & veri motus ☽ interceptus. Qui nullus est, si ☽ in Apogæo, vel Perigæo Epicycli fuerit: vti arcus æquationis centri nullus est Centro Epicycli in Apogæo, vel Perigæo Eccentrici posito: maximus autem, si Luna in lineam ex centro mundi Epicyclum attingentem inciderit.

Excessus, siue Diuersitas diametri orbis Eccentrici ☽ est arcus Zodiaci, quo προσθαφαιρέσεις, seu æquationes Epicycli Perigæ excedunt Apogæas. Quantò enim Epicyclus fertur per Eccentricum,& fuerit vicinior terræ, tantò maiorem in Zodiaco arcum occupant προσθαφαιρέσεις singulis arcubus congruentes. Con-

trarium autem accidit si remotior terra epicyclus fuerit. Quia igitur maximæ fiunt æquationes epicycli in Perigæo, & minimæ in Apogæo eccentrici, differentia earum vocatur Excessus, & Diuersitas diametri eccentrici. Diametri verò diuersitas appellatur, quia Diametri epicycli magnitudo apparens, & inde omnium eius arcuum προσθαφαιρέσεις in Perigæo eccentrici excedunt easdem in Apogæo eiusdem.

Minuta Proportionalia in Theoria ☽ sunt sexagesimæ partes Diuersitatis diametri, vel excessus, quibus æquationes epicycli ad alia eccentrici loca extra Apogæum, & Perigæum æquantur, vel corriguntur.

PRÆTEREA Motus Latitudinis ☽ æqualis, medius, & simplex est arcus Zodiaci interceptus à loco ☊ Capitis Draconis, vel Nodi Euehentis secundùm signorum seriem vsque ad locum ☽.

Anomalia latitudinis ☽, vel Argumentum medium latitudinis ☽ est, si à ☊ vsque ad medium, vel lineam medij motus ☽ arcus in Zodiaco numeretur.

Verus autem motus latitudinis ☽, seu Vera latitudinis Anomalia est arcus ἀπὸ τοῦ συνδέσμου ἀναβιβάζοντος à Nodo Euehente ☊ ad locum ☽ Verum terminatus.

Hunc arcum Alphonsini à ☊ Genzahar incipere solent, quo loco ☽ incipit fieri Borealis, à quo demptus Quadrás circuli, hoc est 90. gradus, vel 3. Dodecatemoria Zodiaci exit locus, quem Boreum limitem Capitis Draconis Ptolemæus, & Copernicus vocant, à quo eum arcum veri motus latitudinis ☽ incipiunt. Denique per hunc arcum ex Tabulis astronomicis Latitudinem veram ☽ venamur.

POSTREMÒ Caput, & Cauda Draconis Est Intersectio circuli Lunaris, vel Viæ ☽, quam Latitudinis motus describit in Plano Eccentrici, & Epicycli, & Viæ ☉, hoc est Eclipticæ in duobus punctis oppositis, & æquidistantibus ab vtraque eclipticæ parte. Cuius intersectionis medietas vna in Boream à puncto intersecto, altera in Austrum declinare intelligitur: & ab his punctis intersectionum vtrinque tum in Boream, tum in Austrum ab ecliptica 5. gradibus ☽ in latum euehere, & ad eam accedere incipit: Quæ Latitudo maxima, seu Obliquitas orbis ☽ inuariabilis manet.

Medius itaque motus ☊ est arcus Zodiaci ab initio Arietis contra signorum seriem vsque ad locum Capitis ☊.

At verus eius motus eſt arcus Zodiaci ab ♈, Arietis initio ſecundùm Dodecatemoriorum ſeriem, vſque ad locum Capitis Draconis. Cæterùm ſic inter Medium,& Verum eius motum diſtinguere neceſſe fuit,quia orbis Æquans,Nodos hos ☊,☋ Capitis,& Caudæ Draconis in præcedentia, hoc eſt contra ordinem Signorum Zodiaci agitat, & mouet.

CÆTERÙM quia ☉ eſt regula omnium Planetarum motuum,nec ecleipſium cognitio eius motu, punctis,lineis,arcubus in Theoria carere poteſt,quippe quæ ad hoc negotium neceſſaria eſt, ideò etiam hic denominationum & vocabulorum motuum eius cœleſtium in hoc ☽ τῆς ψηφοφορίας ἐπιλογισμοῦ declaratio, & explicatio danda.

Motus ☉ ſimplex,& æqualis vocatur,& eſt is, qui æquabiliter à prima ſtella Arietis Aſteriſmi pendet. Medius autem vocatur,quòd eo mediante,& tanquam regula,Verus inquiratur. Itaque hic motus, eſt arcus Signiferi ab Aſteriſmi ♈ prima ſtella ad Lineam rectam ex centro mundi ad Ecleipticam extenſam,& ei,quæ ex centro eccentrici ad ☉ corporis centrum ducitur æquidiſtantem,quæ linea medij motus ☉ dicitur,interceptus.

Verus verò motus Solis eſt arcus Zodiaci ab Aſteriſmi ♈ prima ſtella ad lineam veri motus, quæ à centro mundi per centrum ☉ ad ecleipticam extenditur,interceptus, & numeratus.

Compoſitus motus ☉ æqualis eſt is,qui regulariter pendet à Medio Æquinoctio. Vocatur enim compoſitus, quia ſimplici motui ☉ tantum addit, quanta interea æqualis eſt facta Præceſſio Æquinoctij Verni.

Motus autem Anomaliæ ☉ annuæ pendet æquabiliter ab Apogæo medio Eccentrici. Quæ anomalia eſt arcus Ecleipticæ ab Apogæi linea ſecundùm ſeriem ſignorum vſque ad lineam motus Solis, numeratus. Hæc duplex eſt, Media ſcilicet,quæ in linea Medij motus ☉ finitur: & Vera, quæ in linea Veri motus & loci veri ☉ terminatur:& hæc Anomalia ☉ annua vocatur Anomalia eccentri,vel Argumentum Solis coæquatum: vel Coæquata anomalia ☉.

Προσθαφαίρεσις Centri ☉ in eccentrico enumerata, eſt arcus eccentrici inter lineam Medij, & Veri motus Apogæi, ſiue Augis comprehenſus;vel eſt differentia inter vtrumque Apogæum Medium, & Verum.

Προσθαφαίρεσις verò Orbis ☉, ſeu æquatio motus Solis, eſt arcus ecleipticæ,qui inter lineam Veri,& Medij motus eius interci-

pitur. Qui arcus nullus est, ☉ in Apogæo, vel Perigæo Eccentrici constituto, propter linearum Medij, & Veri motus concursum: Maximus autem in longititudine media eccentrici orbis ☉ constituto. Sole igitur ab Apogæo descendente versus Perigæum, arcus hic προσθαφαιρέσεως, vt verum eius locum Solis monstret, de motu medio προσθαφαίρεσιν tollit: in altera verò medietate, dum scilicet à Perigæo, proximo nempe terræ puncto eccentrici ascẽdit ad Apogæum, in eccentrico punctum à terra remotissimum, tantundem προσθαφαιρέσεως addit, & apponit eius medio motui ☉.



OMNIUM CIRCULORUM, Linearum, & punctorum Deliquij Lunaris, quod 24. Martij 1605. horis P. M. 8. min. 2. apparuit, ἀκριβὴς in Plano QVADRANTIS descriptio, & Ocularis Demonstratio.

Huc referendum est σχῆμα, vel Typus Ocularis Demonstrationis Ecleipseos ☽, in Plano Quadrantis cœli Ortus expressus, & hoc Signo ✱ *notatus.*


OMNIUM TOTIUS LUNAE Ecleipseos Circulorum, Arcuum, Linearum, & Punctorum in plano Quadrantis huius cœli, accuratè descriptorum EXPLICATIO.

PVNCTVM *a* in Quadrantis rectangulo, Centrum mundi præ se fert. *b* Centrum Eccentrici. Arcus ille albus, & latus, per *E* literam designatus, eccentrici circuli ☽ quarta pars est, continens epicyclum, hoc est paruum circulum volubilem in eo Eccentrici spacio, & in se corpus ☽ affixum habentem.

Arcus *d b e*, literis notatus, est pars 4. circuli parui, qui à centro mundi per centrum eccentrici constituit orbis ☽ eccentricitatem, quam metitur linea *a e*, vel *a b*.

Pars illa 4. nigri circuli, & lati in *C* litera, ab eccentrico versus

TYPUS OCULARIS DEMONSTRATIONIS DELIQUII
Lunaris, anni 1605. dieique 24. Martij, Iuliano stylo.



Referendum est σχῆμα, vel typus ocularis demonstrationis Ecleipseos ☽, in Plano Quadrantis Cœli ortus, & hoc signo ✠ notatus, ad paginam 26. & 27. in litera D 2

versus Meridiei latus, est Deferens Perigæum eccentrici: Partes verò illæ duæ nigræ in circũferentia eccentri versus Septentrionẽ, vel Boreum latus, in *D* litera, sunt partes Deferentis Apogæum eccentrici ab AVGE, vel Apogæo vero, quod litera *o* præ se fert.

Circulus *B g t f*, Epicyclus est, hoc est orbiculus Theoriæ ☽, qui orbi eccentrici totus insertus ab eodem circumfertur: cuius linea *A o*, est clauis vel Index imaginatiuus loci veri ☽ in epicyclo mobilis: vel etiam ☽ ostensorium est, centro epicycli, vt clauo affixum. Qui epicyclus in 12. partes diuisus, quibus ☽ Signiferum perambulans perficit vna periodo mensis 1. super centrum suum *A* (vt super polos) motum habet, in medietate superiori contra ordinem: in medietate verò inferiori secundùm seriem Dodecatemoriorum Zodiaci.

Arcus super *p* literam, Ecleipticam, seu viam ☉ designat, In qua circulus exiguus niger literis *r i s n* designatus vmbram Terræ repræsentat, quam ita aptauimus, & ea quantitate in Ecleiptica orbita ☉ descripsimus ipsa, eò quòd perpetuò sub ea in ipso NADAIR, seu opposito ☉ versatur, nec ab ea vnquam recedit, & in qua Ecleipses ☽, Soli diametræ fieri solent.

Deinde circulus minimus super punctum *l.* descriptus, & Vmbram Terræ à parte Occidentis tangens, est corpus ☽. ad initium Defectus ☽. Et circellus in medio Vmbræ in puncto *o* literæ, est idem corpus ☽ obtenebratum, vt & tertius super punctum *n* descriptus, Vmbram à parte Orientis tangens, est idem adhuc Lunaris globus à terræ Vmbra euolutus ad exitum Ecleipsis ☽.

Arcus litera *x*, designatus, est latitudinis ☽ via, & linea, quam ☽ describit motu suo vnà cum suo epicyclo ipsi perpetuò iuncta, & affixa, vt cernitur in puncto *m* alterius epicycli, & in *o* ☽ Ecleipsata.

Litera *A*, vel punctum in *A*, est centrum epicyeli, circa quod, & super quod ☽ epicyclus mouetur, & vt super axes voluitur.

Punctum in *o*, est AVX, vel Apogæum eccentrici, & epicycli ☽ Verum & Medium simul, siquidem linea medij motus ☽, quæ transit per centrum epicycli iungitur cum AVGE Eccentrici à mundi centro in puncto *o*.

Arcus verò per literam *y* descriptus in plano, & super planam Eccentrici est Æquans ☽ circulus, cuius centro, veluti

æqualitatis puncto motus Eccentrici æquatur:qui orbis ☽ Deferens Nodos ☊,& ☋ vocatur Vniformis, concentricus, & totum Planetæ Sphæræ systema continet in se, Nodósque sub Ecleiptica,& super centrum mundi circumducit.

Cæterùm linea *a b A B*, est linea Medij motus ☽ per centrum Epicycli transiens, vel longitudo ☽ à ☉ media est.

Linea *a n o γ* per centrum corporis ☽, est linea veri loci,& veri motus ☽, Soli ex Diametro opposita.

Linea *a λ ν*, est linea Nodi Euehentis ☊, quæ transit per intersectionem Ecleipticæ,& lineæ latitudinis ☽.

Arcus in Epicyclo ab Apogæo vero *B* ad corpus ☽, est Anomalia coæquata ☽, quæ in hac Ecleipsi est 5. Signorum,6.& grad.26. minut. quæ Argumentum ☽ verum, & æquatum dicitur.

Arcus lineæ Latitudinis ☽ ab *a* ad ☽ ecleipsatam, est arcus iunctarum προσθαφαιρέσεων orbis ☉ absolutæ, & primi Epicycli ☽, qui est 4. graduum ferè, vel est motus ☽ Interuallo Mediæ, & veræ πανσελήνης Ecleipticæ.

Punctum verò *a* est locus ☽ verus ad Tempus Medij Plenilunij in Epicyclo.

Linea *a c F O*, est linea Medij motus ☽ ad tempus Mediæ oppositionis,& litera *F*, est centrum Epicycli ☽.

Latitudo ☽ vera innotescit ex ☽ in *o* puncto tenebrosa ab Ecleiptica aliquantulum remota,ab initio in *l.* & in exitu *n.* Ecleipsis ☽, pro quantitate sua.

Arcus autem inter lineam *a A B*, & lineam *a o P*, in Ecleiptica, est προσθαφαίρεσις, seu æquatio Epicycli ☽.

Centrum ☽, (non corporis, sed motus eius) est arcus Ecleipticæ à ☉ ad ☽ interceptus,nempe duplex longitudo ☽ à ☉, quæ est 6. Signorum Zodiaci.

Denique nulla est προσθαφαίρεσις Centri ☽ in hac Ecleipsi, sicut nec in vllis aliis Ecleipsibus ☉ & ☽, quia Avx media Eccentrici est constituens vnam & eandem lineam in vtroq; Apogæo Eccentrici Orbis & Epicycli,quæ duæ lineæ in alijs locis Eccentrici differunt,& προσθαφαίρεσιν constituunt.

Arcus item latum Eccentrici orbem in duo æqualia diuidens, & per centra Epicyclorum inibi descriptorum transiens, est norma,& regula Eccentrici,imò Eccentricus verus orbis est.

Extremus autem, & vltimus in θεωρεία Quadrantis arcus, est Ecleiptica suis numeris, gradibus, & Signis repræsentata, in qua

quà motus huius Deliquij ☽ numerantur, prout in hoc τῆς ψηφοφορίας ἐπιλογισμῷ annotantur. Quæ demonstranda erant.

AXIOMA,
ΚΑΙ ΠΟΡΙΣΜΑ.

Ex his ita demonstratis perspicuum est, Nisi hæ 3. simul concurrant, Primò, Vt sit Luna opposita diametro Soli. 2. Vt sit in linea Ecleiptica, aut proximè, minùs tamen 53'. min. 53". secundis. 3. Vt sit in ipso Nodo Euehente, aut Deuehente, aut propè, Non posse Lunam Deliquium ☽llo modo in περιφερείᾳ globi sui pati.

DEMONSTRATIO, ET RATIO.

ESto centrum Epicycli ☽ in puncto *A.* versus Ortum ☉. Ecleiptica ipsa in *p* litera maneat intacta, & inuariabilis, & linea viæ ☽, vel latitudinis eius, à qua nunquam recedit, eadem etiam descripta in figura superioris Quadrantis.

In eo loco, vt perspicuum est, quantò magis paulatim recessit à Plenilunio ☽ Epicycli centrum *A*, eiúsque Avx, vel ἀπόγειον *B.* ab Apogæo Eccentrici *O*, tantò magis ☽ corpus, via hac Latitudinis versus Aquilonem à Capite ☊ assurrexit, ac proinde ab Ecleiptica recessit, vt videre est in *m* puncto, vbi corpus ☽ affixum in Epicyclo cum linea latitudinis ab Ecleiptica circiter 2. gradus recedit, donec quartam à ☉ Ecleipticæ partem in Boreum limitem peragrarit, quem Capitis Draconis Ventrem vocant, hoc est donec ad maiorem circuli sui ab Ecleiptica latitudinem, quæ est 5. grad. tanta scilicet quanta sui Epicycli semidiameter est, peruenerit. Ex quibus concludimus eò loci non posse pati ☽ Deliquium, quia hæc tria Axiomatis superioris loca simul non concurrunt.

Ponatur item alibi Caput ☊, vel ☋ Cauda Draconis quouis alio in loco, quàm in eo vbi collocatur in figura, nec minùs alibi quàm 18, gradibus distent etiam oppositione vera ☽, & ☉, & interim ☽ sit in Ecleiptica ipsa, talis motuum, linearum, & circulorum concursus, & dispositio non tamen Ecleipsim ☽ dabit: eò

quòd ad Defectum ☽ illa 3. requiruntur, quorum alterum si desit, cætera nihil efficiunt.

Porrò quia ☽ declinat ab eo Deliquij tempore, biduò circiter ad medias longitudines Eccentrici sui versus Ortum, ac tum separantur puncta illa in Epicyclo, nempe

1. Punctum Contactus, vel Concauitatis, quale est quod fit in Apogæo, vel Perigæo Eccentrici Vero ab Apogæo Epicycli Vero & Medio, (In omni enim Nouilunio, aut Plenilunio, vel in omni coniunctione, vel oppositione ☉ & ☽ media Centrum Epicycli reperitur in linea Apogæi Eccentrici orbis) ex linea *a F o*, in puncto *o*.

2. Apogæum verum Epicycli, quod est punctum in *B* litera.

3. Apogæum Medium, quod est punctum in *ρ* litera ad circumferentiam Epicycli superiorem, qui secundus describitur versus ☉ Ortum in superiori Schemate, super Centro *A*. (Quæ tria puncta in Epicyclo vnita sunt, quoties Epicycli centrum, vel linea Medij motus ☽, aut Planetæ cuiusuis in AVGE, vel Apogæo vero Eccentrici, aut in Opposito AVGIS, seu Perigæo eiusdem Eccentrici occurrit.)

Itaque linea *a A z*, literis designata in superiori Typo, erit linea Medij motus ☽ à ☉, & punctum Contactus *z*.

Linea *a m*, per centrum corporis ☽, linea erit veri motus, & verus locus ☽ in 18. gradu ♏ Scorpionis.

Linea verò *b A π*, erit linea veræ Augis iterata Eccentrici: Et linea *d A ρ*, (quæ extenditur à puncto opposito centro Eccentrici in paruo circulo), lineam Mediæ Augis Epicycli ☽ præ se fert. Quæ denique puncta Concauitatis, & Contactus ex puncto *o*, inuicem separantur à Media Oppositione ☽ & ☉ ad punctum illud vsque, ad quod tum Epicycli centrum perueniet, cùm AVX Epicycli ☽ versus Ortum attinget punctum *z* in 12. gradu Scorpionis. Nam punctum Contactus in puncto *z* est in Typo superiori, ex quo verum Apogæum Epicycli in puncto *π*. versus Ortum ☉, & Medium Apogæum eiusdem Epicycli ☽ versus Occasum in puncto *ρ*. separantur, vt figura ipsa euidenter, ac perspicuè demonstrat.

ΕΠΙΣΗΜΑΤΑ, *SEV COROLlaria in Lunæ deliquia.*

SI in vero Plenilunio latitudo ☽ fuerit minor 53'. 53". impoßibile est Lunam non pati Deliquium.


Si la-

Si latitudo Lunæ tum fuerit maior 53'. 53", minor tamen 67'. 52". possibile quidem est eam in Vmbram terræ incidere, attamen non necessariũ.
Si latitudo ☽ hæc 67'. 52". superauerit, obscuratio luminaris Lunæ nulla tum expectanda est.

Vel, Luna distans à Nodis ☊, ☋, 10. gradibus 22. minut. quibus minimam: Vel 13. gradibus 5'. min. quibus maximam habere potest latitudinem, Vt fiat Deliquium:

Vel, Vt tradit Ptolemæus, Luna distans à Nodis 12. gradibus, tam antè, quàm post Veram oppositionem, Lunam tum deficere poßibile est.

QVALIS PORRO SYDERVM POsitus, & constellatio ad tempus visæ huius πανσεληνὸς Ecleipticæ fuit, eam sequens Figura cœli euidenter ostendit.



Hactenus, quæ ad ψηφοφορίαν huius tam insignis Lunaris Deliquij temporis nempe, motuum cœlestium, arcuum, linearum, locorum, & interuallorum, punctorúmque delineationem, ocularem demonstrationem, &

perſpicuam cum ſuis rationibus & axiomatibus declarationem pertinent, (quæ in ASTRONOMIÆ *Concreto, & Subiecto verſantur,) ſufficiant.*

ABSTRACTVM,

QVOD EST

Sententia, & Iudicium ASTROLOGICVM,

DE EFFECTV, POTENTIA, ET VIRTVte occulta, ſed ſenſibili ex hoc ſyderum poſitu ſuperiori, Quæ ab Aſtrologis decernitur, eiuſmodi eſſe poteſt.

DOMINIVM, & Gubernatio huius Deliquij ♀ Veneri competit: ei in regimine ♃ Iupiter adiungitur. Nam ♀ loco Ecleipſis imperat. ♃ verò ibidem in gradu ☽ Terminum ſibi vendicat, atque etiam propemodum Almuten eſt Veneris.

Venus exaltatur quidem, & fortis in 4. domo cœli eſt, ſed iuncta ☿ Mercurio, qui in Caſu, & Detrimento ſuo repedat per Piſces, & dominus 8. domus in figura reperitur, vitio eius, & malitia inficitur: aliqua igitur in parte ſui ♀ viciatur.

Iupiter verò prorſus debilis in Caſu, & Detrimento ſuo eſt. Ex horum itaque duorum Planetarum ſitu, poſitu, & habitu Iudicium de Effectibus, Virtute, & Potentia Deliquij huius ☽ Aſtrologicum pendet.

CVM igitur locus Ecleipſis in 12. domum incidat, Incantationes, præſtigias, veneficia, ſagáſque multiplices præſignare videtur. Item interitum equorum, ſeu amiſſionem pecudum. In ✱ Sextili partili radio dextro Saturni ♄. è ſignis longarum Aſcenſionum, Nobili, & religioſæ Matronæ, aliiſque quibuſdam de communi plebe arreſtationem, carcerem, vel captiuitatem portendere videtur. Sexui fœmineo ſeni infelicem ſtatum, ſubitam mortem ex Luna & ♄ violentatis ab eorum ſignis ♎, & ♑, & ex ☿ Mercurio 8. domui imperante, veloci quidem, ſed pernicioſo cum ♀ iuncto: imò etiam ex ♀ Venere ipſa 8 etiam, vt & ſeptimæ domus Imperium ſibi vendicante in 4. rerum omnium finis, fodinarum, & ſepulchri ſignificatrice, & fundum terræ repræſentante, collocata.

Præter id ♂, Mars in 7. domo, cui præeſt ♀, aſperitatem inter ple-

ter plebeios homines, & fœminas; Matrimonia irrita & læſa; digladiationes; corruptas, & viciatas, inconſtantéſque amicitias, vel hypocriticas facit: Item potationes, crapuláſque; In ſumma voluptates illicitas; ex quintæ domus cœleſtis ſignificatione, in cuius cuſpide ♀ reperitur, quæ excerpi poſſunt, notanter ſignificat.

♃. Iupiter verò particeps Dominij, cùm 5. domui præſit, multas quidem per ſe voluptates decentes, & commoda laudabilia notat, vtpote gloriam, amicitias, rei familiaris incrementum, bonos habitus & corporis, & animi beneficia, & dona inter fratres, & conſanguineos, verùm etiam inter Nobiles, Præfectos, Dominóſque vrbium, ac Eccleſiaſticos, &c. poſitus in 3. domo cœli. Venus quoque, & Mercurius cuſpidem 5. domus circumdantes, (quę eſt omnium voluptatum, deliciarum, filiorum, & filiarum, donorum, & delectationum omnis generis, ſaltationum, & veſtimentorum, conuiuiorúmque, &c. ſignificatrix: præter id quod 5. Planetæ in ſignis abundantibus collocati, eorum omnium ſignificationem concludere poſſe videntur.

AT omnes vicioſi cùm ſint, vt demonſtratum eſt, etſi ♃ recipit ♄, & viciſſim ♄ recipit ♃ ex domiciliis propriis, veruntamen hoc fit ex fine ♓, vbi vires ♄ infringuntur, & euaneſcunt. Ac cùm ♄ lædat Quadrato radio quintam, non niſi fucata omnia ea, & in malum vergentia potiùs demonſtrari poſſunt.

Ventos denique aſperos, & ſubitos turbines cum pluuiis, imbribus, grandine & fulgure mixtis æſtatis tempore; ac hyeme multa frigora, eáque inſolita, cum niuium abundanti copia decernit ♃ cadens in Capricorno, frigido ſicco, ac terreo, ſibíque contrario ſigno: Deinde ♀ applicans ad □ Quadratum ♄ è Piſcibus cum ☿. Tertiò ☽ Peregrina in ♎ Libræ ſigno violento, aëreo, & ventoſo, etiam ad ⚹ Sextilem ♄ Saturni dextrum applicans, tempore huius Ecleipſis effectuum promittere non ſolùm, ſed hæc confirmare videntur.

Hæc tamen leniora, quàm grauiora pollicita eſſe cenſentur ex Dominio benignæ Veneris exaltatæ, & in Triplicitate ſua aquea iacente: item ex participatione ♃ Iouis in Dominatione ſuper Ecleipſim potentiorem. Etſi verò ☽ tota propemodùm, abſque mora tamen in vmbram terræ incidit profundiorem, aut latiorem propter ſitum videlicet eius in Epicyclo ſuo prope Perigæum, eáque magnos, & aſperos, ſiniſtróſque rerum euentus ſignificat, Vis tamen illa Veneri innata, ♃ præpotentior, lenia omnia, mitiora, & dulciora omnia apparitura eſſe per-

ſpicuè decernuntur, eáque magis orientalibus populis, quàm nobis,& nobis Occidentalioribus, eò quòd ☽ Ecleipſis in Cœli Orientali Meridionali Quarta fit, quæ κακοδαίμον cenſetur.

Quæ itaque Prouinciæ, & vrbes primo quadrangulo parent, quique ex hominibus particulatim habent in natiuitatibus ſuis Horoſcopum, ☉ ☽, Medium Cœli, & ⊗ Partem Fortunæ in 13. gradu 34. minutis, aut quamproximè hinc inde, vltrà, citráque hanc metam in ♈ ♋ ♎ ♐, Item in 25. ♐, cum 16. ♓, ſimilibus, aut iiſdem aduerſitatib. implicari poſſe, & obnoxios eſſe ex communi omnium Aſtrologorum ſententia iudicantur.

SVB PRIMO QVADRANGVLO.

♈ *habet* { *Ex regionibus, Paleſtinam, Galliam, Britanniam minorem, Burgund. ſuperiorem, Germaniam, Sueuiam, Sileſiam ſuperiorem, Poloniam minorem. Ex Vrbibus. Neapolim, Capuam, Ferrariam, Florentiam, Veronam, Bergomum, Maßiliam, Lindauiam, Cæſaraugustam, &c.*

♋ *habet* { *Ex regionib. Granatæ regnum, Franciæ regnum, Burgundiæ Comitatum, Holland. Seland. Scotiæ regnum, Prußiam, & alias longinquiores. Ex Vrbib. Conſtantinopolim, Tunetum, Venetias, Genuam, Lucam, Piſam, Mediolanum, Vicentiam, Treuerim, Eboracum, Lubec. Magdeburgum, Gorlizium, Bernam.*

♎ habet { *Ex regionib. Caſpiam, Aethiopiam, Thuſciam, Sabaudiam, Delphinatum, Alſatiam, Liuoniam, Auſtriã. Ex Vrbib. Arelatum, Caietam, Olyſipponem, Laudam, Sueſſam, Placentiam, Friburg. Briſgoiæ, Argentinam, Spiram, Francofordiam ad Mœnum, Halam Sueſſorum, Viennam Auſtriæ, Landshutam, &c.*

♐ *habet* { *Ex regionib. Indiam, Macedoniam, Thraciam, Bulgariam, Græciam, Lituaniam, Maſouiam, Saxoniam, Heßiam, Turingiam, Marchiam Stiriæ, Orchades inſulas. Ex Vrbibus verò Iuliacum, Cleuoniam, Bergam, Machliniam, Gandauum, Oxoniam, Vilnam, Brandeburg, Auguſtam Vindelicorum, Cõſtantiam, Derthonam, & Fauentiam.*

POTENTIAE, VIRTVTIS, ET EFFECTVVM eiuſmodi mirabilis Deliquij Lunaris ψηφοφορεία temporis.

GRadus ☉ 13. minut. 34. ex Tabula Quantitatis dierum dat 6. horas, 22. minuta temporis Polo 46. grad. 36. min. eleua-

eleuationis pro tempore Semidiurno, quia signo Arietis ♈, in quo ☉ versatur apponitur Quantitas semidiurna. Sed ad hanc Ecleipsin ☽ Tempore nocturno integro opus est: subtractis itaque 6. horis, 22. minut. quæ Ortum ☉ indicant, à 12. horis, remanent 5. horæ, 38. minuta pro Occasu ☉. Qui duplatus, pro Tempore nocturno integro resultant 11. horæ, 16. minuta temporis.

Hoc tempore integro habito, videndum quot horæ, ac minuta ab Occasu ☉, ad tempus mediç seu visç Oppositionis, & πανσελήνης Ecleipticæ vsque labantur, vt Interuallum inter Occasum ☉, & Deliquium ☽ habeatur. Itaque Occasus ☉ est, & fit eo Ecleipsis die, hora 5. min. 38'. Ecleipsis verò fit hora 7. min. 59'. Interuallum igitur temporis, quod est inter Occasum Solis, hoc est inter horam & minutum, quo ☉ occidit, & horam, & minutum, quò ☽ ferè tota deficit, (subtracto Occasu ☉ à tempore Defectus Lunaris,) est 2. horarum, 21', minuti. Iam per ἀναλογίαν τοῦ ἐπιβάλλοντος ratiocinabitur de tempore, quo incipit ☽ vires suas exercere in rebus elementatis hoc pacto:

Horæ 11. min. 16'. dant 365. dies, quantum dabunt 2. hor. 21'?

676'. min. 141'. min.

Ratione horum trium numerorum, ductis 141. minut. in 365. dies, productóque eorum 51465. diuiso per primum numerum, Integrum scilicet tempus nocturnum, (quod in Directionibus vel Profectionibus annuis Lunaribus, vti vnus gradus Æquinoctialis in Directionibus ☉ annuis, & Hylegiorum τῶν γενέσεων constituit vnum annum, hoc est 365. dies, pro vno anno temporis integro ponitur,) proueniunt dies 76. Quos si à die ἐκλείψεως, à 24. scilicet die Martij 165. anni introrsum numerentur, die 8. Iunij eodem anno, veteri Calendario, vel 18. nouo, ac reformato eiusdem, Ecleipsis ☽ proposita effectus suos inchoaturam esse determinatur, quo tum ad ipsum Horoscopum pertinget.

QVANTA EFFECTVVM Duratio decernitur.

TEmpus totius durationis Ecleipsis huius suprà notatum est 3. hor. 22. minut. Sumuntur autem in Directionibus ☽, pro 1. hora, dies 30. vel vnus mensis adscribitur. Quia igitur Duratio est trium horarum, decernuntur ei 3. menses effectuum, in quibus manifestabuntur. Deinde pro 22. minutis, quæ tribus ho-

ris adhærent, videndum quot dies illis respondeant. Dicam ergo,

1. hora, hoc est 60. min. dant 30. dies, quantum dabunt 22'. min.? Ratione horum trium numerorum per ἀναλόγιαν proueniunt 11. dies, qui tribus mensibus superioribus additi colliguntur in vniuersum 3. menses & 11. dies, quibus etiam adhuc effectus duraturos esse pronuntiamus.

Cæterùm illi menses, & dies, vbi à die initij effectuum, puta 8. die Iunij veteri stylo, aut 18. eiusdem nouo stylo, antrorsum numerantur: die 19. Septembris veteri, vel 29. nouo stylo eiusdem, ad quem vsque se 3. menses, & 11. dies extendunt, anno eodem 1605. hanc Ecleipsim suos effectus finiturum esse statuunt Astrologi.

REDVCTIO EFFECTVVM huius Ecleipsis ad alios Meridianos.

IN hac Ecleipsi ☽ respondent 1. horæ temporis 30. dies. Nam, vt suprà statutum est, ex ἀναλόγια 22'. min. temporis dederunt 11. dies. Ergo multò plures dies procreabuntur ex spacio 1. horæ dato.

			Dies	horæ
Itaque *Interuallo Meridianorum*	1. horæ temporis	respōdent	30.	0
	30. minutorum		15.	0
	15. minutorum		7.	12
	5. minutorum		2.	12
	1. minuti		0.	12

EXEMPLVM REDVCTIONIS Effectuum.

SIt reductio Effectuum huius Ecleipsis ☽ ad ROMÆ vrbis Meridianum. Romani autem Meridiani differentia à Lausannensi Meridiano ad quem huius Deliquij ☽ rationes referuntur, est 50. minutorum horæ. Colligo itaque pro 50. illis minutis, primò per 30. minuta, 15. dies. Nam in superiori tabella Interuallo 30. minutorum respondent 15. dies. Deinde per 15. minuta colliguntur 7. dies, & 12. horæ, quæ illis 15'. min. respondent. Tertiò per 5. minuta quæ supersunt adhuc de 50. minutis differentiæ Meridia-

ridia-

ridianorum, habentur 2. dies, cum 12. horis. Quæ omnia in vnam summam sic colliguntur.

			Dies.	hora.
Pro	30′	minutis resultant	15.	0
	15		7	12
	5		2	12.
Ergo	50′. min. differentię respō. 25. diebus.			

IAM, eos 25. dies addendi sunt principio, & fini propositæ Ecleipsis Effectuum, supputatæ ad Meridianum Lausannensium, eò quòd tempus meridiani Romanensium maius est tempore Meridiani Lausannensium, quia Roma orientalis est respectu Lausannæ vrbis: ac proinde addendi hi 25. dies nostro Meridiano Latobrico, vt eo spacio dierum per Directiones suas ☽ extendat suos eiusmodi effectus in Romanum Meridianum. Incipient ergo apud Romanenses eius Ecleipsis vires, (numerando ab 8. die Junij veteri, aut 18. nouo stylo Calendarij) die 3. Iulij veteri, vel 13. eiusdem mensis nouo, ac Liliano stylo. Ac ad exitum perducentur 14. die Iuliani, seu 24. Gregoriani Calendarij mensis Octobris anni eiusdem 1605. Idem de reliquis Orientalioribus vrbium, ac oppidorum insigniorum Meridianis agendum, ad quos reduci possunt hac reductionis doctrina, omnium Ecleipsium effectus, addendo nostro Meridiano Lausannensi dies, & horas, quæ respondent differentiæ Meridianorum, principio, & fini effectuum Ecleipsis. Contrà verò pro Occidentalioribus ab eo Meridiano, ad quem calculus ☽ Defectus existit, eosdem dies, & horas differentiæ Meridianorum respondentes, subtrahendo. Quod erat hîc demonstrandum.

DIFFERENTIAE MERIDIANORVM Orientaliorum, & Occidentaliorum quarundam vrbium & oppidorum insigniorum Helvetiæ, & Galliæ, à Meridiano Lausannensi dissidentium,

CATALOGVS.

	Minuta.	
Argentina.	2′	*Adde Orientalior*
Auenio Galliæ.	13.	*Subtrahe Occidental.*
Augusta Vindelicorū	22.	*A Orietal.*
Aurelia Galliæ	31.	*S Occidental.*

	Minuta		
Badena Heluetiæ	4.	*Adde*	*Oriental.*
Basilea Raurac.	1.	*A.*	*Oriental.*
Berna Heluet.	1.	*A*	*Orientalior*
Bizantium Burgund.	1.	*S*	*Occidental.*
Burdigala Galliæ	36.	*S*	*Occidental.*
Cameracum Picard.	19.	*S*	*Occidental.*
Cleuia	1.	*S*	*Occidental.*
Colonia	3	*S*	*Occidental.*
Constantia	9	*A*	*Orientalior*
Diuionum Burgund.	7	*S*	*Occidental.*
Francoford. Oderæ	34	*A.*	*Orientalior*
Friburgum Brisgouiæ	1	*A*	*Orientalior*
Geneua	1	*S*	*Occidental.*
Genua	19	*A*	*Orientalior*
Heydelberga	13	*A*	*Orientalior*
Lucerna	3	*A.*	*Orientalior*
Lugdunum	12	*S*	*Occidental.*
Lutetia Parisiorum	21	*S*	*Occidental.*
Massilia	2	*A*	*Oriental.*
Mediolanum	21	*A*	*Orientalior*
Metis	4	*A*	*Orientalior.*
Mons Pessulanus	11	*S*	*Occidentalior*
Narbona	18	*S*	*Occidental.*
Roma	50	*A.*	*Orientalior*
Schafhusia	7	*A*	*Orientalior*
Tigurum	6	*A*	*Orientalior*
Tolossa	27	*S*	*Occidentalior*
Tubinga	9	*A*	*Orientalior*
Turona	31	*S*	*Occidentalior*
Valentia	9	*S*	*Occidentalior*
Verona	0	0.	*in eodem Meridiano.*
Vienna Delphinat.	13	*S*	*Occidentalior.*

CÆTERVM cùm omnes, quæ hîc describuntur Ecleipses ☉ ☽ 1605. anni in Zodiaci primo Quadrangulo fiant, eáque (potissimùm prior Lunæ, & posterior ☉) magnæ, verisimile est earum Effectus, & vires mirabiles, ac pertimescendas simul annis 1606. 1607. & 1608. præsertim verò anno 1606. sequenti concurrentes primo Signiferi Quadrangulo prouincias, vrbes & ciuitates subiectas-

iectas acerbè sensuras, ac experturas esse. Vndique enim Eclei-pses eiusmodi de cœli machina, vt instrumento DEI oculari, ac certissimo tum temporis super eas brachium potentissimum (DEI DIGITVM) atque grauissimum vibrare solent, vti minantur, ac promittunt: iámque pro foribus esse ex se determinare videntur, ex priuatione videlicet luminis, colore earum deformi, ac tristi, longo deliquio, eóque magno, ac in vmbra terræ profunditate, casu, luctu, & tenebris, cum Solis deiectione, eiúsque cum Luna terræ proximitate in tanto Deliquio, & eiusmodi aliis, quibus sæuis, ac diris malis peccatoribus hominibus, mundo impio, incredulo ac nationi peruersæ, ac tortuosæ, hoc præsertim vltimo, ac desperato seculo, minari solent.

DEVS, Pater Domini nostri IESV CHRISTI, Optim. Maxim. patiens, & misericors in 1000. generationes, benignus ille Pater noster cœlestis, nostrî, peculiaris sui populi, Ecclesiæ suæ misereatur, bonitate, & paterno amore defendat, protegat, seruet, ac saluet eam. Mala quibus nos cœlo minaci minatur, benignitate sua auertat. Terræ benedicat. Córq; nostrum flectat, & humiliet, renouet, & à peccati sordib. repurget, vt nouæ deinceps creaturæ Spiritu suo Sancto facti, ac regeniti sanctè, iustè, & religiosè viuamus, eúmque purè colamus, donec nos iustitia, ac vita æterna donet in futuro, ac æterno seculo, in regno cœlorum, per Dominum nostrum, ac vnicum Seruatorem IESVM CHRISTVM, DEI Filium:

AMEN.



SOLIS ECLEIPSEΩS, QVÆ Anno τῆς ΧΡΙΣΤΟΓΟΝΙΆΣ 1605. die verò 2. mensis Octobris, hora, minutóque suo præscripto, ac definito, in cœlesti plaga, seu latere Occidentali Meridionali super nostrum ὡρίζοντα, seu Finitorem se conspicuam nobis exhibuit:

ΤΗΣ ΨΗΦΟΦΟΡΙΑΣ

ΕΠΙΛΟΓΙΣΜΟΣ:

VNA CVM

Accurata descriptione: in plano delineatione: atque elegantiss. typo, oculari demonstratione: cœlesti themate, positu Syderum ad tempus medij Defectus Solis: ac generali insignium effectuum, potentissimæ eius virtutis explicatione, & declaratione.

MEDIAE SOLIS, ET LVNAE, Luminarium magnorum, Συζυγίας verorum temporis ἐποχῶν

ΣΥΝΑΞΙΣ.

		Dies.	hor.	min.	secunda.
Præcepto 39. RADIX	1600. annorum.	6	19.	14'.	32''.
	4. annorum.	14.	0	1	24
	9. mensium.	7	5	23	31
Ἐποχῶν summa		28	0	39	27.
		Dies	hora	min.	secunda.
Conuersionis mediæ συζυγίας ΕΠΟΧΗ,		29	12	44'.	3''.
Ἐποχῶν summâ ablat.		28	0	39	27
Tempus MEDIÆ *copulæ* ☉ ☌ ☽		1.	12.	4.	36.

Ergo.

Ergo primo die mensis Octobris media ipsa nocte eum sequente absoluto, ac 12. praeterea horis integris cum 4'. 36". scrupulis secundis secundi diei, ab ipsa media nocte eum praecedente initium trahentibus, in Königsbergensi Meridiano, ad quē Tabularum Prutenicarum rationes referuntur hoc tempus numerando, Media erit Luminarium ⊕ ☽ συζυγία Ecleiptica.

A quo deīn tempore 1. hora. 11. minut. differentiae Meridianorum Regij montis Prussorum, & Lausannensium Latobricorum subtractis, exit tempus Mediae huius ⊕ & ☽ συνόδου in nostro Meridiano Lemanno, Latobricoque, nempe Octobr. 1. die elapso, 10. horis, 53'. minutis, 36". secundis à media nocte: vel 2. die Octobris hora 10. min. 53'. 36. ante meridiem Romana consuetudine numerando. Praecepto 2.

Iam ad tempus illud Prussicum 1. diei, 12. horarum 4'. 36". omnes Medij, & aequales, seu simplices motus caelestes, ex Tabulis Prut. excerpti, & collecti eiusmodi fuerunt, vt sequuntur.

ΠΌΡΙΣΜΑ

De Mediorum, ac simplicium motuum caelestium STATV *ad tempus mediae συζυγίας Luminarium ⊕ ☽. Ecleipticae pro Regiomontano Meridiano suprà institutum, eiusmodi fuit.*

	sex.	grad.				
Praecessio Aequinoctiarum simplex	0	27.	55'	59".	52'".	*Praecepto. 8.*
Anomalia Aequinoct. aequalis	2	55	1	20	18	
Simplex ⊕ motus.	2	52	27	20.	58	
Anomalia ⊕ annua simplex.	1	40	12	37	44	
Longitudo ☽ à ⊕ aequalis	0	0	0	0	48	
Anomalia ☽ simplex & aequalis	2	17	48	10	56	
Latitudinis ☽ aequal. motus.	4	41	10	49	46	

Habitis & collectis hisce mediis, & aequalibus motibus, INTERVALLVM *temporis quod inter mediam & veram ⊕ & ☽ σύνοδον intercedit indagandum est ea prorsus, qua in superiori ☽ Deliquij calculo ratione factum est.*

Ad hoc opus, Solis orbis absolutae, & primi Epicycli Lunae προσθαφαίρεσις per eorum Anomalias, primùm Solis quidem coaequatam, Lunae verò aequalem inuestigandae sunt. Praecept. 15. 45. 46

Itaque per Anomaliam Aequinoctiorum aequalem ex Tabulis Prutenicis excerpitur προσθαφαίρεσις Centri ⊕ aequata, adhibita

videlicet correctione propter minuta gradibus anomaliæ æquinoctiorum adhærentia, nempe 44. minuta. 1″. secundum.

Additur autem hæc æquatio Anomaliæ ☉ annuæ, eò quòd Anomalia simplex Æquinoctiorum non complet semicirculum, hoc est 6. Dodecatemoria, vel Zodiaci Signa, alioqui subtrahenda esset.

	Sexa.	grad.			
Anomalia ☉ annua æqualis	1.	40.	12′.	37″.	44‴.
Προσθαφ. *Centri Solis*			44.	1.	0
Coæquata ☉ anomal.	1.	40.	56.	38.	44.
Minuta verò proportionalia sunt,				8.	0

Cum hac coæquata ☉ anomalia quæritur Προσθαφαίρεσις orbis ☉ æquata, adhibita correctione per partem τοῦ ἐπιϐάλλοντος. Deinde Excessus, siue Diuersitas Diametri orbis ☉.

Præcepto 46.

Προσθαφαίρεσις ergo orbis ☉ æquata est	*1. grad.*	49′.	17″.
Excessus verò orbis ☉ æquatus, est		32.	31.
Pars congruens 8″. proportionalib. de excessu addenda προσθαφαιρέσει orbis ☉ æquatæ.			4.
	grad.	*min.*	*secund.*
Προσθαφαίρεσις Orbis ☉ absoluta.	1.	49′.	21″.

Hæc æquatio ☉ ablatiua dicitur, eò quòd, vt in superiori ἐπιλογισμῷ Deliquij Lunaris mensis Martij dictum est, Sol ab Apogæo Eccentrici sui ad Perigæum descendens, vt hîc facit, De motu suo medio προσθαφαίρεσιν tollit, vt verus eius locus in Ecleiptica commonstretur,

Deinde per Anomaliam simplicem, seu æqualem Lunæ, quæ suprà collecta est 2. Sexag. 17. grad. 48′. 11″. excerpitur προσθαφαίρεσις Primi Epicycli ☽ æquata, hoc modo,

	grad.		
Æquatio 1. epicycli pro 17. grad.	3.	35′.	7″.
Pars proportionalis 48′. 11″. anom.		3.	3. *subtra.*
Προσθαφαίρεσις 1. epicycli ☽ æquata,	3.	32′.	4″.

Hæc autem æquatio ablatiua dicitur, & est à media seu æquali longitudine ☽ à ☉, eò quòd per priorem Epicycli sui partem Luna incedit, in qua verus motus eius medio minor est.

IAM differentia προσθαφαιρέσεων, absolutæ nempe ☉ orbis, & æquatę primi epicycli ☽ constituit arcum in Ecleiptica, quem Luna

Luna certo temporis Interuallo perficit à Media ad Veram συνοδὸν ☉ & ☽ in Zodiaco.

	grad.		
Προσθαφαίρεσις orbis ☉ absol.	1.	49′.	21″.
Προσθαφαίρ. 1. epicyc. ☽ æquata	3	32.	4
Arcus Zodiaci inter ☉ & ☽	1.	42′.	43″.
vel differentia προσθαφαιρέσεων ☉ & ☽.			

QVIA autem ambæ hæ Æquationes sunt Ablatiuæ, vt canones earum ostendunt, Præcedit Luminare alterum, cuius est maior προσθαφαίρεσις ablatiua, nempe ☽, quanta est ambarum æquationum differentia. Itaque cum Luna præcedat Solem 1. gradu, 42′. 43″. sequitur Tempus veræ συνόδου Luminarium posterius esse Mediæ copulæ ☉ ☽ tempore. *Præcepta 45.*

Constat verò Lunam, vt suprà dictum est, vnum Zodiaci gradum percurrere duabus horis. Vt ergo INTERVALLVM (quod quærimus) temporis, quod interlabitur inter Mediam, & Veram συζύγειαν capi possit.

Anomalia æqualis ☽ redacta in gradus integros 137. & 48′, quod fieri oportet, dat in Canone distantiæ veræ coniunctionis vel oppositionis à Media Solis & ☽, veram euectionem Lunæ à ☉ spacio 3. horarum (quæ comprehenduntur à ☽ perfici in 1. gradu 42′. 43″. arcus zodiaci suprà dati) à Media ad Veram copulam. *Præcepta 46.*

Sub 3. itaque horis, cum Anomalia ☽ æquali excerpitur vera euectio ☽ à ☉ spacio 3. horarum, nempe 1. grad. 41′. 2″, adhibita correctione per partem τοῦ ἐπιβάλλοντος 1′. 32″. gradibus, & minutis Anomaliæ æquali ☽ congruentem.

At arcus ille Zodiaci conflatus ex differentia τῶν προσθαφαιρέσεων Solis orbis absolutæ, & primi epicycli ☽ æquatę, superat hunc arcum, vel euectionem veram ☽ à ☉ 3. horarum spacio.

Sequitur itaq; Lunam confecturam hunc arcum 1. gra. 42′. 43″. maiori Interuallo temporis, quàm 3. horis, hoc est tardiùs perambulaturam arcum illum Zodiaci datum, & ex differentia προσθαφαιρέσεων ☉ & ☽ conflatum.

Logistica igitur ratio hæc erit,

1. grad. 40′. 52″. dant 3. horas, quantum dabunt 1. grad. 42′. 43″ ?

6052″. 180′. 6163″.

Ductis 180. minutis, quæ faciunt 3. horas in 6163. scrupula secunda, quæ faciunt 1. grad. 42′. 43″. productóque 1109340. per

primum numerum 6052″. diuiso, prodit INTERVALLVM, quod erit inter Mediam, & Veram συνόδον Luminarium, nempe 3. Hor. 3′. 19″. Quod Interuallum temporis additum Tempori Mediæ Copulæ, Verum veræ copulæ ☉ & ☽ tempus, quo recta linea à centro mundi per centrum ☽ corporis, & Solis simul in eundem gradum, & minutum Dodecatemorij ♎ Libræ protrahetur, exibit.

	Die.	hor.		
Tempus mediæ copulæ ☉ & ☽	1	12	4′.	56″.
Interuallum mediæ, & veræ coniun.	3		3	19
Tempus veræ συνόδου ☉ & ☽	1.	15	7.	55.

Hoc est, absoluto primo die Octobris, & 15. horis 7′. 55″. secundi diei à media nocte præcedente initium trahentibus, in ipso Regiomontanorum Prussiæ Meridiano enumeratis. Quod Tempus, sublatis 12. horis Meridiei, cadit in 3. horam, 7′. 55″. Lausannæ verò in 1. horam 56′. 55″. Post Merid. Id verò æquandum, vt in tempus apparens conuertatur.

ΠΡΟΣΘΑΦΑΙΡΕΣΙΣ, SEV *Aequatio temporis veræ συνόδου ☉ & ☽, & in apparens conuersio, ad Lemannúmque Meridianum reductio sic erit.*

Præcepto 1. & 48. VERA Luminarium συζυγία incidit apud Montis Regij incolas, ad quorum Meridianum Tabularum Prutenic. rationes referuntur, in 3. horam 7′. 55″. Post Meridiem tempore æquali, secundi diei Octobris. Hoc tempus æquandum est tempori apparenti, eò quòd cùm sit æquale, ad dies æquales computati motus, & συζυγίαι omnes non possunt cum apparenti tempore conuenire priùs quàm aquatio adhibita fuerit.

	sexa.gr.
Itaq; Motus Compositus ☉ ad veram coniun. est	3. 20.30′.52″.
Ascensio recta ☉ loci ab apparenti æquin. ad hoc tempus,	197.30′.49″.
Aequalis motus ☉ compositus ad initium annorum	grad.
CHRISTI DEI, *prioris temporis hoc Nouilun.*	278.12′. 16″.
Et ascensio recta temporum ☉ ad Χριστογονείαν,	279. 55. 33.

Ablatis igitur iis, quæ sunt prioris temporis, tum motuum æqualium, tum etiam ascensionum rectarum, ab iis, quę sunt posterioris

rioris, vt fieri oportet, aſſumpto integro circulo, hoc eſt 360. grad. vbi opus fuerit, collatiſque inuicem differentiis, relinquitur Exceſſus, hoc eſt προσθαφαίρεσις temporis hoc artificio.

	grad.		grad.		
Aequalis ☉ *mot.*	200. 30′. 51″.	*Aſcenſio recta* ☉	197.	30′.	49″.
	360. 0. 0.		360.	0.	0.
	560. 30. 51.		557.	30.	49
Epocha à Chriſto.	278. 2. 16.	*Epocha Chriſti*	279.	55.	33.
Differentia	282. 28. 35.	*Different.*	277.	35.	16.

ΣΥΓΚΡΙΣΙΣ *SEV COLLATIO Differentiarum.*

	gradus.			
Aequales motus,	282.	28′.	35″.	
Aſcenſiones rectæ,	277	35.	16.	
EXCESSVS eſt	4.	53.	19.	*motuum.*

Hoc eſt 19′. minuta, 33″. ſecunda vnius horæ temporis. Nam 1. gradus Æquatoris in aſcenſione temporum conſtituit 4′. minuta horæ, ac proinde 4. gradus huius Exceſſus conſtituunt 16. minuta vnius horæ. Deinde 53′. minuta, 4. gradibus Exceſſus adhærentia, per 15′. min. (quæ 1. horæ minutum faciunt) diuiſa, proueniunt 3′. minuta horæ, quæ in 45′. ſcrupulis gradus vnius continentur, ac reſtant 8′. minuta, quæ tertiò ducta in 60. productoque eorum 499″. (additis 19″. adhærentibus adhuc 53′.) per 15. rurſus diuiſo, in quotiente exurgunt 33″. ſcrup. ſecunda, vt totum, & aggregatum ſit in 19′. 33″. pro æquatione temporis conuerſum, addenda tempori veræ συνόδου ☉ & ☽ ſupra inuento, eo quòd exceſſus eſt motuum æqualium.

	Hor.			
Tempus veræ συνόδου ☉ ☽	3.	7′.	55″.	
Προσθαφαίρεσις temporis	.	19	33	
Tempus apparens coniunct.	3.	27.	28.	*Regiomonti.*
Differentia meridianorum	1	11.	0	
Tempus appar. coniunct. ☉ ☽	2	16	28.	*Lauſannæ.*

At verò ingreſſus Canonem dierum ciuilium προσθαφαιρέσεως, ſeu Æquationis, qui ab *Origano* conſcriptus eſt in ſuis Ephemeridibus cum gradu ☉ 18. 54′. ♎, maior προσθαφαίρεσις colligitur, nempe, adhibita correctione, 19. minut.

53″. ita vt addita Tempori veræ coniun. ☉ & ☽ Ecleipticæ huic, constituta Tempus apparens à nostro Meridiano Latobrico numerando, 2. hor. 16′. 48″. Post Meridiem. 2. diei Octobris.

His ita peractis, iam ad tempus INTERVALLI suprà inuentum Veræ & Mediæ συνόδου ☉ & ☽, quod est 3. hor. 3′. 19″, quærendi sunt motus æquales ac simplices cœli: Qui postea motibus æqualibus suprà descriptis ad mediam συζύγειαν Luminarium additi, Æquales, & Veri motus cœlestes ad Tempus Veræ συνόδου verum prodibunt, vt exinde cætera ad hanc horrendi conspectus συζύγειαν Ecleipticam cognitu necessaria habeantur.

ACQUISITUM, DE mediorum motuum cœlestium statu ad tempus Interualli mediæ, & veræ coniunctionis ☉ ☽. eiusmodi est.

Præcepto 2.

	grad.			
Simplicis ☉ motus	0	7′.	31″.	40‴.
Anomaliæ ☉ annuæ æqual.	0	7	31.	40
Longitudinis ☽ à ☉ simpl.	1	33.	7.	5
Anomaliæ ☽ æqualis motus	1	39	47	19
Latitudinis ☽ motus æqu.	1	41	2.	41.

ΕΠΙΣΑΓΜΑ,

De verorum motuum cœlestium STATV ad Veram magnorum Luminarium ☉ ☽ συνόδον Ecleipticam tale fuit, vt sequitur.

Præcepto 2.

	sex.	grad.			
Præcessio Æquinoctiorum simplex	0	27.	55′	59″.	53‴.
Anomalia simplex Æquinoct. Verni	2	55	1	20	26
Simplex & æqualis ☉ motus.	2	52	34	52.	38
Anomalia simplex ☉ annua.	1	40	20	9	24
Longitudo ☽ à ☉ æqualis	0	1	33	7	53
Anomalia ☽ simplex & æqualis	2	19	27	58	15
Latitudinis ☽ æqual. motus.	4	42	51	52	27

PRO-

PROBATIO,

Vtrum Tempus veræ συνόδου Solis & Lunæ rectè institutum sit, vel secus.

	Sexa. grad.					
Anomalia Verni Aequinoctij æqualis	2	55.	1′	20″	26‴	*Præcept*
Προσθαφαίρεσιν *centri* ☉ *æquatam dat*		0.	44	1	0	15.45.46.
Minuta proportionalia adseruanda.			0	8	0	
Anomalia ☉ *annua simplex & æqual.*	1	40	20	9	24	
Aequatio Centri Solis addenda anomal.			44	1	0	
Coæquata ☉ *annomalia ann.*	1.	41	4.	10.	24.	

Cum hac anomalia coæquata colligenda est προσθαφαίρεσις orbis ☉ absoluta, cum Excessu, & minutis proportional. asseruatis. Προσθαφαίρεσις igitur orbis ☉ æquata, adhibita correctione per partem τῆ ἐπιβάλλοντος, quæ debetur minutis, gradibus anomaliæ adhærentibus, cùm sit 1. gradus 49′. 15″. Et pars proportionalis de Excessu, & minutis proportionalib. cùm sit 4″ sec. Προσθαφαίρεσις orbis ☉ absoluta erit 1. grad. 49′. 19″. Subtrahenda. Excessus enim 32′. 30″. & minuta Proportionalia 8″. inuicem multiplicata, productúmque per 3600″. diuisum dat 4″. scrup. secund. addenda προσθαφαιρέσει orbis ☉ æquatæ, vt sit 1. grad. 49′. 19″. absoluta.

	Sexag. gra.					
Deinde Duplex longitudo ☽ à ☉ est,	0	3	6′	15″.	46‴.	
Longitudo enim simplex ☽ à ☉ suprà,	0	1	33	7.	53.	*Precepto* 24.

duplicanda est, vt habeatur Centrum, quod Duplex longitudo ☽ à ☉ vocatur. Ex Canone ergo προσθαφαιρέσεων ☽ cum hac Duplici longitudine excerpitur (adhibita semper correctione per partem τῆ ἐπιβάλλοντος, quæ debetur minutis adhærentibus Anomaliæ duplicis gradibus) προσθαφαίρεσις secundi Epicycli (*Qui Epicyclus Secundus*, secundùm Copernicum, *est is, qui easdem anomalias reddit, quas hypothesium* ↄ *sitatarum Eccentricitas, centri scilicet mundi, & centri Eccentrici* ☽, *à Ptolemæo Lunæ attributi, & Deferentes Apogæum Eccentrici circuli* ☽ *præstant*, nempe 51′. 7″. Et Scrupula Proportionalia colliguntur 3″

Hęc porrò προσθαφαίρεσις secundi Epicycli ęquata addita Anomaliæ ☽ simplici superiori, quia Duplex longitudo ☽ à ☉ non

complet semicirculum, hoc est 6. Dodecatemoria Zodiaci, constituit Anomaliam ☽ coæquatam,

	Sexag.	grad.			
Anomalia Lunæ æqualis	2.	19.	27′.	58″.	15‴.
Προσθαφ. 2. *Epicycli*			51.	7.	0
Coæquata anomalia Lunæ	2.	20.	19.	5.	15.

IAM, per hanc coæquatam ☽ anomaliam colligitur ex eodem Canone προσθαφαιρέσεων ☽, æquatio primi Epicycli absoluta, cum Excessu, aut Diuersitate Diametri Eccentrici ☽, & minutis proportionalibus interim adseruatis supra.

	grad.			
Προσθαφαίρεσις 1. *Epicycli æquata, est*	3.	22′.	9″.	*Subtr.*
Excessus verò æquatus per partẽ propor. 2.	3.	14.		

hoc est, 7394″. Quæ ducta in 3″. scrupula secunda proportionalia, productum est 21182″. quæ diuisa per 3600″. quotiens erit 6″. scrup. secund. quæ deinde addita προσθαφαιρέσει primi Epicycli ☽, exit absoluta προσθαφαίρεσις.

	grad.		
Προσθαφαίρεσις *Primi Epicycli* ☽ *æquata*,	3.	22′.	9″.
Pars proportionalis de Excessu & min. propor.			6.
Προσθαφαίρεσις 1. *Epicycli* ☽ *absoluta*	3.	22.	15.

PORRÒ hæc æquatio Subtrahenda dicitur à Medio motu ☽, eò quòd Luna incedit per priorem Epicycli sui Medietatem: ac proinde, vt suprà iam dictum est, Προσθαφαίρεσις eius verum motum ☽ facit medio minorem.

ITAQVE cùm Προσθαφαίρεσις primi Epicycli ☽ absoluta sit 3. grad. 22′. 15″. & Solis æquatio absoluta orbis inuenta sit 1. grad. 49. 19″. Vtraq; ablatiua: Differentia earum, quæ est 1. grad. 32. 56″. cùm absit 11″. tantùm scrup. secundis à medio motu ☽ à ☉ Interuallo temporis Mediæ, & Veræ συνόδου, ideò rectè à nobis Tempus veræ copulæ Luminarium inuentum esse constat. Si enim 11. scrup. secunda addantur 1. grad. 32′. 56″. prodit motus ☽ à ☉ tempore interualli Mediæ & Veræ copulæ Solis & Lunæ, vt supra 1. grad. 33′. 7″ *Hoc modo probatio fit num Tempus veræ coniunct. aut opposition. Luminarium rectè, an verò secus institutum sit.*

CONSI-

CONSECTARIUM

De veris locis Præcessionis Æquinoctij Verni, Solis, Lunæ, συνδέσμου ἀναβιβάζοντος, Genzaharis, seu Capitis Draconis ab apparenti Æquinoctio tempore vera συνόδου ☉ ☽ Ecleipticæ, & veri motus Latitudinis Lunæ.

Sex. grad.

ANomalia duplex Æquinoctiorum. 5 50 2′. 40″. 52‴. dat ex Canone προσθαφαιρέσεων Æquinoctialis, & Obliquitatis, Æquationem Præcessionis Æquinoctij Verni, adhibita correctione per partem τ ἐπιβάλλοντος, 12′. 39″. 9‴. Addendam Æquali motui Præcess. *Præcepto 10.*

	grad.	′	″	‴
Æqualis motus Præcessionis Æquinoctij Verni	27.	55′.	59″.	53‴.
Προσθαφαιρέσεις Æquinoctiorum add.		12	39	9
Vera Præcessio Æquinoctij Verni	28.	8.	39.	2.

SOLIS ☉.

	Sexag.	grad.	′	″	‴	
Æqualis, seu simplex motus ☉	2	52	34′	52″.	38‴	*Præcepto 15.*
Προσθαφαίρ. ☉ orbis absoluta subtr.		1	49	19.	0	
Verus ☉ locus à prima stella ♈.	2	50.	45.	33.	38.	
Vera Præcessio Æquinoctij Verni.		28.	8.	39.	2	
Verus locus ☉ ab apparent. æquinoct.	3	18.	54.	12.	40.	

LVNÆ ☽.

	Sexa.	grad.	′	″	‴	
Longitudo ☽ à ☉ dempta προσθαφαίρέ.	0	1	32′	56″	0‴	*Præcepto 24.*
Simplicis, & æqualis motus Solis	2	52	34	52	38	
Motus ☉ & ☽ simul iuncti	2	54	7.	48	38	
Præcessio vera Æquinoctij Verni		28	8	39	2	
Distantia ☽ à prima stella Arietis ♈.	3	22	16	27	40	
Προσθαφαίρ. primi epicycli ☽ ablatiua		3.	22.	15.	0.	
Verus locus ☽ ab appar. æquinoct.	3	18.	54.	12.	40.	

GENZAHARIS ☊.

		sex. grad.				
Precepto 26.	*Simplex, & æqualis ⊛ motus.*	2	52	34′	52″.	38‴.
	Lunæ medius à Sole motus adiect.		1	33	7	53
	Distantia ☽ ab Asterismo Arietis	2	54	8	0	31
	Latitudinis ☽ medius motus.	4	42	51	52	27
	Verus ☽ ab Arietis 1. stella motus	4	11	16	8	4
	Boreus limes, vel Quadrans circuli	1	30	0	0	
	Distantia ☊ ab Asterismo ♈.	2.	41.	16.	8.	4
	Vera Præcessio Aequinoctiorum		28	8	39	2
	Verus locus Genzahar. ab æquinoct.	3.	9.	24.	47.	6.

LATITVDINIS ☽ MOTVS.

		Sexag. grad.				
Precepto 28.	*Medius seu simplex motus latitud.*	4	42	51′	52″	27‴.
	Προσθαφαίρεσις *1. Epicycli absol. ablat.*		3.	22.	15.	
	Verus motus latitudin. ☽	4.	39.	29.	37.	27.

HIS ITA PARATIS,

ΠΑΡΑΛΛΑΞΕΩΝ

κατὰ πλάτος, καὶ μῆκος *Luminarium* ⊛ ☽ INVESTIGATIO *talis est.*

Præcept. 54. AD hoc autem opus quatuor data necessariò requiruntur,

1. *Tempus apparens veræ συνόδου ⊛ ☽ 2. hor. 16′. 48″. P.M.*
2. *Locus ⊛ verus ab apparenti Aequinoctio 3. Sexag. 18. gr. 54′.*
3. *Anomalia ☽ coæquata ad id tempus, 2. Sexag. 20. grad. 19.*
4. *Latitudo regionis, vel vrbis Lausann. 46. grad. 36. min.*

His ita datis, quia Canones παραλλάξεων longitudinis, & latitudinis, quæ referuntur ad Ecleipticas συνόδους, distinguuntur 90. gradu Ecleipticę, seu orbitæ ⊛ ab vtraque parte Horizontis. Ideò Primò Distantia à Vertice ad Luminaria ⊛ ☽ in Climate nostro, cui Polus Boreus eleuatur 46. grad. 36. minutorum, tempore apparenti dato inquirenda est. Deinde Latus longitudinis eorum in Triangulo παραλλάξεων perscrutandum est, vt ex his principiis cognitis Luminarium veræ παραλλάξεις innotescant.

AD

AD Tempus itaque hoc datum apparens 2. hor. 16′. 48″. P.M. inquirenda est Distantia Luminarium à Vertice nostro ex Canonibus Trianguli Orthogonij παραλλάξεων ☉ & ☽, in quo latus παραλλάξεως in circulo altitudinis adsumitur partium 60. vt subtendens rectum angulum: Primò per Tabulam 45. gradibus latitudinis παραλλάξεων sexto Climati deputatam: deinde per Tabulam 49. gradibus inseruientem, cùm nulla Tabularum παραλλάξεων gradibus eleuationis Polaris, vel latitudinis Lausannæ vrbis exactè respondeat, nec inseruiat: idque ad initium signorum ♎ & ♏, hoc modo,

			grad.
Ad	3. horam	à meridie	60. 0′.
	2. horam		52. 14′.
	Differentia distantiarum,		7. 46.

Iam pars proportionalis assumenda est congruens 16. minutis horæ secundæ temporis apparentis, & veræ συνόδου adhærentibus per logisticam rationem, vt fieri oportet, hoc pacto, 60′. horæ dant 7. gr. 46′. minuta, quantum dabunt 16′?

466′.

Ducto secundo in tertium numerum, productóque 7456′. diuiso per 60. pars ἀνάλογον 16. minutis horæ 2. exit 2. grad. 4′. quæ addita 52. gradibus 14′. quæ sunt pro distantia à Vertice hora 2. post meridiem exhibent veram Distantiam à Zenith nostro ad initium ♎ 54. graduum, 18. min.

Idem sub eodem 45. grad. Polo, ad initium ♏ factum, vera Distantia Luminarium à Vertice erit 64. grad. 35′. minut.

IAM differentia harum Distantiarum habita ex substractione minoris à maiore, nempe 10. grad. 17. min. Pars congruens loco vero ☉, nempe 19. gradibus ♎ inquirenda est hac ratione,

Vnum signum, hoc est 30. gr. dant 10. gr. 17′. quantum 19. gr.?

6 1 7′.

Gradus 19. ☉ in ♎ signo dant per partem proportionis 6. gradus 30′. minuta, quæ addita 54. gradibus. 18′. ad initium ♎ exhibent *Distantiam à Vertice* ☉ ☽ *Polo* 45. *grad.* 60. *grad.* 48′. *pro vero loco Solis.*

DEINDE, quia gradibus 46. eleuationis Poli ciuitatis nostræ Lausannæ 36′. minuta adhærent. Distantia à Vertice ☉ & ☽, iterandus est Polo 49. grad. παραλλάξεων latitudinis.

Præcepto 54. Distantia itaque à Vertice ad initium ♎, exit eo prorsus modo, quo superiore, eodémque tempore apparenti, & vero συνόδου veræ ☉ ☽, 57. grad. 14'. minut. Ac ad initium ♏ 67. grad. 46. minut. Differentia signorum distantiæ vnius ab altera est 10. grad. 32'. Itaque pars ἐπιβάλλον 19. gradibus ☉ loci veri ♎ exit 6. grad. 40'. minut. quæ addita Distantiæ à Vert. ad initium ♎ 57. grad. 14'. Distantia à vertice ☉ ☽ Polo 49. gra. est 63. grad. 54'.

ΣΥΓΚΡΙΣΙΣ SEV COLLATIO
Distantiarum à Vertice.

		grad.
Polo 49. *graduum*	{	63. 54'.
Polo 45. *graduum*	{	60. 48.
Differentia distantiarum.		3. 6.

Ergo si 4. gradus differentiæ Polorum, qui intercedunt inter 45. & 49. gradus παραλλάξεων latitudinis dant 3. grad. 6. minut. differentiæ distantiarum à Vertice, quantum dabit 1. gradus, cum 36. minut. quæ supersunt gradibus 45. Poli?

Ratione horum trium numerorum 4. gr. — 3. gra. 6'. — 1. gr. 36'?

240'. 186. 96.

Pars congruens 1. gradui 36'. prodit 1. grad. 14'. Quæ addita Distantiæ à Vertice Polo 45. quia minor est distantia à Vertice Polo 49. exit vera Distantia ☉ ☽ à vertice nostro Latobrico.

Distantia à Zenith Polo 45 *grad.*	{	60. *grad.* 48'.
Pars ἐπιβάλλον 1. *grad.* 36. *minutis*	{	1. *grad.* 14.
Distantia à Vertice Polo 46. *grad.* 36'.		62. *grad.* 2'.

Æquata, & ad Polum Lausannæum reducta, Hora 2. min. 16. post Meridiem tempore apparenti veræ ☉ & ☽ συζυγίας. Hoc est eleuabatur ☉ super nostrum ὁρίζοντα, seu Finitorem Latobricum 27. grad. 58'. minutis à parte Occidentis.

SECVNDÒ, Latus longitudinis luminarium, eo prorsus modo, quo distantia à vertice nostro scrutandum est. Polo itaque 45. graduum, & ad initium ♎, subque eodem horarum 2. min. 16'. numero dato ex eodem Canone excerpuntur, adhibita correctione, propter 16'. min. 2. horis adhærentia, 5. grad. 26'.

Ad initium verò Scorpionis ♏ 5. grad. 13.

Differentia Longitudinum. 13'.

Iam

Iam 30.gradus signi vnius dant 13'. differentiæ,quantũ 19. gr. ☉?

Ratione horum trium numerorum pars congruens loco ☉ colligitur,nempe 8'. minutorum, quæ subtracta à Latere longitudinis ad initium ♎,quia ad initium ♏ minus latus longitudinis exiſtit.

Latus longitudinis Polo 45. grad. erit 5. grad. 18'.

DEINDE propter 36'. Polo. 46. eleuationis Lauſannææ adhærentia, latus longitudinis iterum excerpendum eſt Polo 49. vt verum poſtea Latus, & æquatum Longitudinis habeatur per partem τοῦ ἐπιβάλλοντος,vt ſuprà factum eſt.

C O L L A T I O.

	grad.	
Ad initium ♎, latus longitud.	2.	26'.
Ad initium ♏, latus longitud.	2	39.
Differentia laterum longit. ☉ ☽,	0	13.

Iam 30. gr.dant 13'.differentiæ laterum longit.quantũ 19.grad. ☉?

Ratione horum 3. numerorum exit pars ἐπιβάλλον congruens loco ☉, nempe 8'. vt ſuprà , addenda quidem,quia latus longit. ad initium ♏ maius eſt,& excedit latus ad initium ♎, vt ſit

Latus longitudinis Polo 49. grad. eleuat. 2. grad. 34'.

IAM ex his duobus lateribus longitudinis Polorum 45. & 49. Differentia extracta per ſubtractionem minoris à maiore, Pars,quæ debetur 46. grad. 36. min. eleuationis Poli Lauſannenſis colligitur hoc pacto,

Σ Υ Γ Κ Ρ Ι Σ Ι Σ

Laterum longit. ☉ ☽

			grad.	
Latus longitud.	*Polo*	45.	5.	58'.
Latus longitud.	*Polo*	49.	2	34
Differentia laterum,			2.	44.

grad.

Itaq; ſi 4.gr.Polorum differentiæ dant 2.grad.44'.quantũ 1. 36'?

Ratione horum 3. colligitur logiſtica ratione pars, quæ congruit 1. gradui 36'. nempe 1. gradus 5'. ſubtrahenda à latere longitudinis,quod competit Polo 45. grad. eò quòd maius eſt latere longitudinis,quod Polo 49. grad.conuenit, vt ſit

Latus longitudinis ☉ ☽, *Polo 46. 36'.* 4. *grad.* 13'.

Tempore apparenti Solis magnæ Ecleipſeωs 2. hor. 16. min. à Meridiano Lauſannenſi computato, & enumerato.

TERTIÒ *his habitis, & collectis, per ea ambæ παραλλάξεις Solis, & Lunæ in circulo altitudinis inuestigandæ sunt hoc modo.*

Primùm Distantiâ à Vertice iam suprà inuenta Polo 46. gra. 36. minut. quæ est 62. grad. 2'. excerpitur ex Canone παραλλάξεων ☉ ☽ nouæ in circulo altitudinis, Παράλλαξις ☉ 2'. 37''.

Pro Lunæ verò παράλλαξι, sumenda est differentia Distantiarum à Vertice sub numero signorum, & graduum Anomaliæ eius coæquatæ, quæ est 4. Dodecatemoriorum, 20. grad. 19. minut. vt pars congruens 20. gradibus anomaliæ habita, παράλλαξις æquata, & correcta habeatur.

Ac primò sub 4. signis, seu Dodecatemoriis, & è regione 62. graduum Distantiæ à Vertice, excerpuntur 53'. 38''. & differentia anguli sequentis pro 63. gradibus Distantiæ à Vertice est 28''. Pars ergo congruens 2'. adhærentibus gradibus 62. cùm sit 1''. ferè & id additum 53'. 38''. prodit παράλλαξις, seu diuersitas aspectus ☽ pro 4. Dodecatemoriis. 53'. 39''.

Deinde eadem operatione facta sub 5. Dodecatemoriis, παράλλαξις prodit 55'. 23''. Quarum παραλλάξεων 4. & 5. Dodecatemoriorum differentia cùm sit 1'. 44''. pars ἀνάλογον 20. gradibus per logisticam rationem inuenitur esse 1'. 9''. Quæ addita παραλλάξει, 4. signis, seu Dodecatemoriis cōpetenti, 53'. 39''.

Παράλλαξις ☽ nouæ in circulo altitud. erit 54'. 48''.

A qua æquata παραλλάξει ☽ sublata ☉ παραλ. 2. 37.

Excessus, vel Sola ☽ à ☉ παράλλαξις restat 52'. 11''.

IAM, ex his sumitur παράλλαξις κατὰ πλάτος καὶ μῆκος vtriusq; Luminis ☉ ☽ secundùm se. Itaque Latus longitudinis, suprà inuentum, cùm sit 4. graduum 13'. Excessus verò, vel Sola ☽ à ☉ παράλλαξις 52'. 11''. Ducto excessu in latus longitudinis, productóque diuiso per 3600''. resolutis priùs minutis, & secundis scrupulis, tam excessus, quàm lateris longitudinis in secunda scrupula, exit, ac prodit.

Παράλλαξις ☽ κατὰ πλάτος καὶ μῆκος in longitudinem nempe 3'. 40''. ad idem tempus apparens συνόδου Solis, & Lunæ 2. hor. 16. minut. post Meridiem.

Præcepto 33.

PORRÒ *Quoniam vera, & apparens σύνοδος ☉ & ☽ Ecleiptica incidit, & tota post 90. Ecleipticæ gradum in Quadrantem Zodiaci Occidentalem lapsa est: denuò Distantia ☉ ☽ à Vertice, seu Polo Horizontis, quem punctum verticale ceruicum nostrarum vocant, sumenda. Secundò, Latus longitudinis sub eodem Polo datæ, vt. Tertiò ex iis de-*

mum.

mum ἐναλλάξις vera, & aequata Luminarium habeantur ad 1. scilicet horam post veram, & apparentem Copulam ☉ ☽ Ecleipticam. Quartò, Interuallum inter veram, & apparentem, seu visam συζύγειαν ☉ ☽, innotescat.

PRIMUM. Datum tempus post veram, & apparentem copulam Luminarium Ecleipticam erit, Hora 3. minut. 16. à merid. *Praecepto 54.*
Ac Distantia ☉ ☽ à vertice ad hoc tempus Polo 45. grad.
Ad initium ♎, erit 62. grad. 28′.
Ad initium ♏ verò 71. gr. 55.
Differentia itaque harum Distantiarum cùm sit 9. grad. 27′. pars congruens loco ☉ 19. ♎, quae est 5. graduum 59′. addita gradibus 62. 28′. erit Distantia à vertice 68. grad. 27′.
Polo verò 49. grad. eodem penè modo obseruato. 71. gr. 9′.

IAM differentia harum Distantiarum à Verticali puncto sub his 45. & 49. Polis excerptarum cùm sit 2. grad. 42′. Pars, quae competit 1. gradui 36′. quae excedunt 45. gradus Eleuationis Poli colligenda est, vt sic vera Distantia à Vertice Lausannensi ☉ & ☽, ac coaequata habeatur.
Gradus 4. differentiae Polorum 45. & 49. dant 2. gradus 42′.
Quantum dabit 1. grad. 36′. eleuationis?
Ratione horum pars proportionalis, congruens tertio numero exit 1. gr. 4′. quae addita Distantiae à Vertice Polo 45. competenti.
Distantia à Vertice polo 46. gr. 36′ erit 69. grad. 31′. ad horam 3. minutum 16. post Meridiem.

SECVNDÒ, Latus longitudinis ad id tempus datum Polo 45. & ad ☉ locum aequatum est 13. grad. 38′. minut. Polo 49. & ad ☉ locum 19. ♎ aequatum 10. grad. 2′. minut. *Praecepto 54.*
Vnde de differentia horum laterum sub his polis collectorum pars proportionalis 1. gr. 26′. addita lateri longitudinis Poli 45.
Latus longitudinis ☉ ☽ absolutum Polo 46. grad. 36′. exit, nempe 12. grad. 12. min. ad tempus datum.

TERTIÒ, His ita collectis, Parallaxes ☉ & ☽ in circulo altitudinis scrutandae, seruatis priùs datis, & inuentis, prorsus eo, quo superiori modo. *Praecepto 54.*

Data, & inuenta haec sunt.

1. *Distantia à Vertice vera Polo 46. grad. 36′. 69. gr. 31.*
2. *Latus longitudinis ☉ ☽ absolutum 12. grad. 12′.*
3. *Coaequata anomalia ☽, 4. Dodecat. 20. grad. 19′.*
4. *Tempus apparens datum 3. hora. 16. min. P. M.*

Distantia à verticali puncto ciuitatis Lausannæ 69. grad. 31'. dat in Canone παραλλάξ. ☉ ☽ nouæ, παράλλαξιν ☉ 2'. 46". Et coæquata ☽ anomalia adhibita correctione per partem proportionalem gradibus 20. anomaliæ congruentem dat παράλλαξιν ☽ æquatam 58'. 1". Ex qua, dempta παραλλάξει ☉, quæ est 2' 46". Excessus, vel sola ☽ à ☉ restat παράλλαξις 55'. 15". Ducto itaque Excessu, qui est 3315". in latus longitudinis, qui constat 732'. ac producto eorum 2426580. diuiso per 3600. παράλλαξις ☽ in longitudinem tantùm erit 11'. 14".

Præcepto 55. IAM his habitis, & inuentis veris Parallaxibus, seu diuersitatibus aspectuum ☉ ☽ ad vtrumque tempus, prius 2. hor. 16. min. & posterius. 3. hor. 16. minut. à meridie. In priori examine, & calculo παραλλάξεων, ad 2. hor. scilicet 16', apparentis συνόδου, παράλλαξις ☽ μηκοπλατής, in longitudinem tantùm inuenta, est 3'. 40". Et ad tempus posterius datum, vna scilicet post hora, hoc est hora 3. 16'. παράλλαξις ☽ μηκοπλατής, in longitudinem tantùm, est 11'. 14". maior scilicet priore παραλλάξει: Totóque hoc tempore ☉ in Quadrante cœli Occidentali versatur. Differentia igitur παραλλάξεων ☽ harum, subtracta scilicet minori à maiore, erit 7'. 34". quæ παράλλαξιν ☽ horariam constituit.

Præcepto 43. Ex QVA præterea παραλλάξεως differentia elicitur euectio ☽ à ☉, vel motus ☽ visus apparens horarius. Nam PRIMÒ cum Æquali anomalia ☽ ex Canone distantiæ veræ coniunctionis vel oppositionis à Media ☉, & ☽ excerpitur Lunæ motus horarius hoc artificio.

130. gradus Anomal. ☽ dant sub 3. horis motum ☽ horarium 33'. 14". & 140. gradus eiusdem Anom. dant 33'. 53". Differentia itaque cùm sit 39'. minutorum, logistica ratio hæc erit,

10. gra. anomaliæ dant 39'. differentiæ motus horarij ☽, quantū dabunt 7. gradus 48'. quæ sunt vltra 130. grad. anomal.

Reductis 10. grad. in minuta nempe in 600', & tertio numero in 468', ductus secundus numerus 39'. in tertium, productum erit 18252", quæ diuisa per 600'. primum numerum, dant in quotiente 30'. minut. Quæ addita 33'. 14". motus horarij (respondentibus 130. gradibus Anomaliæ ☽) Motus ☽ horarius æquatus erit 33'. 44". Ex quibus 33'. 44". dempta παραλλάξεων superiorum differentia, nempe 7'. 34"

Motus ☽ visus horarius remanet 26'. 10".

QVARTÒ, *Interuallum temporis, quod intercedit inter veram, & apparentem, seu visam, vel visibilem συνοδον ☉ ☽ Ecleipticam perquirendum.*

rendum, vt verum, & apparens tempus visa, & visibilis συνόδου huius habeatur. Vera enim copula Luminarium in Occidente præcedit visibilem, in Oriente verò visibilis veram præcedit tempore.

De motu igitur viso ☽ horario 26'. 10". congruit, & conuenit παράλλαξις in cœlo Lunæ ad tempus veræ copulæ ☉ ☽ temporis Interuallum inter Veram, & Visam copulam. Quod vt perscrutetur, *Præcepto 56.*

Ad tempus veræ συζυγίας, seu sub ipsam veram copulam παράλλαξις ☽ sola à ☉ in longitudinem tantùm κατὰ πλάτος καὶ μῆκος, est 3'. 40". & Vera, seu Visa, & apparens euectio ☽ à ☉, ad Interuallum 1. horæ, ad 3. scilicet horam 16. min. à 2. hora 16'. est, vt suprà collectum, 26'. 10". temporis. Ergo κατ' ἀναλογίαν

26'. 10". dant 60'. vel 1. horam, quantum dabunt 3'. 40"? Pars proportionalis, quæ debetur 3'. 40". pro Interuallo temporis veræ, & apparentis, seu visæ συνόδου erit 8'. 24". temporis apparentis. Quæ addita veræ coniunctionis ☉ ☽ tempori 2. hor. 16'. 48". producunt tempus verum visæ, & apparentis copulæ ☉ ☽ *Præcepto 57.*

Hora. Minuta. Secunda.

2. 25'. 12". *à nostro Meridiano Latobrico Lausannæo numerata.*

HOC *demùm* TEMPORE *Visa copula luminarium Ecleipsantium inuento, tandem scrutandum est. Primò, Quantum distent ☉ ☽ verè à Vero Vertice Vrbis & Ciuitatis nostræ. 2. Latus Longitudinis. 3. Latus Latitudinis in partibus iisdem, seu gradibus, quibus 60. adsumitur ὑποτείνουσα, vel latus recto angulo subtensum, quod παράλλαξις μηκοπλατὴς in circulo altitudinis accomodatur, vt ex his, 4. Vera παράλλαξις κατὰ πλάτος καὶ μῆκος, reliquáque ad hanc magni Solis Deliquij ψηφοφορίαν necessaria habeantur.*

ITAQVE eodem, quo prorsus superiori modo Distantia à Vertice nostro, adhibita correctione per partes proportionales Dodecatemorij, & veri in eo Solis loci Polo eodem Lausannensi 46. grad. 36'. æquata, vera, & correcta, erit ad tempus visæ Ecleipsis ☉ 63. graduum 4'. *Præcept. 54.*

Deinde, Latus longitudinis æquatum, & absol. 5. grad. 29'.

Tertiò latitudinis latus correctum, & æquat. 59. grad. 34'.

Adhibita scilicet etiam correctione per partem τῆς ὑπεροχῆς παραλλάξεως, vt suprà in reliquis obseruatum est.

IAM *verò ex his tribus, παράλλαξις ☉, & ☽ in circulo altitudinis κατὰ πλάτος, καὶ μῆκος secundùm se scrutanda hoc pacto, vt suprà.*

Distantia à Vertice nostro dat ex Canone παράλλαξιν ☉ μηκοπλατ. 2'. 39". & cum Coæquata ☽ anomalia,(4. Dodec. 20. gr. 19'. adhibita correctione, vt sæpius dictum est,) per partem proportionalem 20. gradibus 19'. congruentem, quæ est 1'. 10". excerpitur παράλλαξις ☽ μηκοπλατής, 55'. 18". Ex qua deinde dempta παραλλάξει ☉ remanet Excessus, vel Sola ☽ à ☉ παράλλαξις, nempe 52'. 39".

Præterea longitudinis latere 5. grad. 29'. in excessum ☽ à ☉ ducto, reductis omnibus in minuta, & scrup. secunda, productóq; eorum 1039311". per 3600". diuiso, prouenit ex illis

Sola Lunæ longitudo à ☉ μηκοπλατής 4'. 48".

Præcepto 54. Demùm latitudinis latere 59'. grad. 34'. etiam in Excessum ☽ eundem ducto, productóq; diuiso per 3600. vt suprà, producitur παράλλαξις ☽ in latitudinem 52'. 16". κατὰ πλάτος καὶ μῆκος, tempore visæ & apparentis copulæ ☉ ☽.

AN TEMPUS UISAE
συνόδου Ecleipticæ rectè institutum sit, an verò secus
EXAMEN *hic inseritur.*

Præcepto 58. MOTVS horarius suprà inuentus cùm sit 33'. 44". & Interuallum temporis inter Veram, & Visam copulam sit 8'. 24". κατ' ἀναλογίαν ergo τοῦ ἐπιβάλλοντος,

60'.(id est 1. hora) dant 33'. 44". quid dabunt 8'. 24". temporis?

Resolutis his tribus numeris in secunda scrupula, & ducto secundo in tertium numerum, productum ex multiplicatione 1020096". per primum 3600". (quæ sunt 1. hora) diuisum, Pars ἐπιβάλλον proportionalis, quæ debetur 8'. 24". scrupulis temporis Interualli Veræ, ac Visæ copulæ exit, nempe 4'. 43". pro Motu horario ad interstitium quod intercedit inter Veram, & Visam, seu Apparentem ☉ & ☽ συζυγίαν.

Cùm igitur motus ☽ horar. hic Interstitio veræ, & visæ copulæ Deliquij ☉ correspondens absit 5". tantùm scrup. secundis (quod exiguum est) imò æqualis fermè sit παράλλαξις longitudinis ☽ κατὰ πλάτος καὶ μῆκος, quæ suprà 4'. 48". esse inuenitur. Sequitur visam Copulam Luminarium ☉ ☽ Ecleipticam rectè inuentam esse: ac proinde huius Deliquij Solaris ψηφοφορίαν rectè institutam esse. Quod erat demonstrandum.

MOTUS

MOTVS LATITVDINIS
Lunæ ad tempus visæ συνόδου ☉ ☽, cum vera eius ab orbita ☉ latitudine INVESTIGATIO.

INterstitio illi veræ, & visæ συνόδου Ecleipticæ, quod est supra 8'. 24". temporis conuenit motus ☉ æqualis 0'. 20'. 41". *Præcepto 59.*

Interstitio illi veræ, & visæ συνόδου Ecleipticæ, quod est supra 8'. 24". temporis conuenit motus ☉ æqualis	0'.	20'.	41".	
Et motus ☽ simplex & æqualis	4.	16.	0	
Qui motus ☉ & ☽ additi faciunt motum ☽ simpliciter	4.	36.	41.	

Hic iam motus ☽ simpliciter additus Motui latitudinis ☽ ad tempus veræ συζυγίας ☉ ☽ efficit Latitudinis ☽ motum ad tempus Visæ, & Apparentis copulæ.

	Sexag. grad.				
Motus latitudinis ☽	4.	42.	51'	52"	27'''.
Motus ☉ ☽ simul.		0.	4.	36.	41
Motus latitud. ☽ ad visam coniunct.	4.	42.	56.	29.	8.
Προσθαφαίρεσις 1. Epicycli absol. ablat.		3	22	15.	0
Motus latitud. ☽ coæquatus,	4.	39.	34.	14.	8.

Præcep. 59

Per hunc modum ex Canone integro latitudinis venatur Latitudo ☽ vera ad Tempus visæ copulæ. Hic autem motus cùm sit 9. Dodecatemoriorum, 9. graduum, ac 34'. excerpuntur.

Cum { 9. Dodecatemoriis, & 9. gradibus,	46'.		52".
Cum { 34'. adhærentibus gradibus 9.		2	56.
Latitudo Lunæ vera.	49.		48.

Eáque BOREALIS *Ascendens.*

DEINDE παράλλαξις latitudinis ☽ sola à ☉ κατὰ πλάτος καὶ μῆκος suprà inuenta ad tempus visæ συνόδου cùm sit 52'. 16". Austrina nobis perpetuò: Et vera latitudo ☽ sit Borea. 49. 48. *Præcepto 60.*

Sublata itaque minori à maiore latitudine, remanet

Visa latitudo ☽ 2'. 28". *Meridian. Ascend. in ipso apparentis συνόδου* ☉ ☽ *momento.*

QVANTVS SIT IN SOLIS
corporis περιφερείᾳ ab opaco Lunæ corpore defectus, & obscuratio futura.

CVM Anomalia Solis coæquata 1. Sexag. 41. grad. 4'. *Præc. 58.* hoc est cum 101. grad. 4. min. ex Canone Semidiametrorum, *60.*

apparentium ☉ & ☽ excerpitur, adhibita correctione per partem τ' ἐπιβάλλοντος, Solis Semidiameter apparens 16'. 24".

Similiter cum Anomalia ☽ coæquata ad tempus veræ συνόδου vt suprà extat, 2. Sexag. 20. grad. 19'. adhibita etiam correctione, venatur ex eodem Canone Semidiametrorum, Semidiameter ☽ apparens, nempe 17'. 24". *Itaque*

Semidiameter	☉	16'	24".
	☽	17.	24.
Summa Semidiametrorum		33.	48.
Latitudo ☽ *apparens.*		2.	28.
Reliquum de summa.		31.	20. *Pars deficiens* ☉.
Et tota Diameter ☉		32.	48.

Precepto 51. IAM cum hoc Reliquo de Summa Semidiametrorum, & Parte deficiente Solem, & tota ☉ Diametro colliguntur DIGITI Ecleiptici hoc modo,

Scrupula 30'. (quæ sunt de summa reliqui Semidiametrorum ☉ ☽, 31'.) dant in Canone è regione Diametri totius Solis 32'. 40". Digitos Ecleipticos 11. 1'.

E regione verò 32'. 50". dant 10. 58.

Differentia est 0. 3".

Sed pars ἐπιβάλλον, congruens 8". scrupulis secundis, excedentibus 40". sumpta per ἀναλογίαν nempe 2". ab 11. Digitis 1'. subtracta, quia decrescit numerus Canonis è regione 32'. 50". ac proinde minores digitos offert, quàm è regione 32'. 40". remanent Digiti 10. 59'. pro 30'. scrupulis Reliqui de summa Semidiametrorum ☉ & ☽.

Deinde præter 30'. illa reliqui de summa Semidiam. superest adhuc 1'. minutum, Cum hoc itaque minuto rursus excerpuntur è regione 32'. 50" anguli sequentis Canonis: Quæ cùm nihil inter se differant scrupulis secundis 10". differentiæ quibus assurgit canon, remanent intacta scrupula illa 22". Quæ addita 10. Digitis Ecleipticis, 59'. minutis superioribus, dant in summa verum Solis Defectum, hoc est Aggregatum horum Digitorum, ac minutorum, quantus sit ☉ Defectus, quantáque obscuratio sui luminosi corporis ab opaco, atque sphærico corpore ☽ futura commonstrat.

30'. re-

	Digiti.	scrupu.
30'. reliqua de summa semidiametr. ☉ ☽ dant	11.	1'.
8". superantibus 40". diametri ☉ pars congr. ablat.		2'.
Digiti Solis aequati pro 30'. 48". Diametr. ☉,	10.	59.
1'. reliquum de Summa Semidiametr. ☉ ☽ dat		22.
DIGITI ECLEIPTICI.	11.	21.

Vel Summa Digitorum ☉ globi Ecleipticorum.

SCRUPULORUM INCIDENtiae, vel Casus, & morae dimidiatae ☉ Ecleipseos INVESTIGATIO.

SVMMA *Semidiametrorum ☉ ☽ apparentium est* 33'. 48".
& Visa, seu apparens ☽ Latitudo ad tempus visae coniunct. 2'. 28.

IAM in Canone scrupulorum Incidentiae, seu Casus in Ecleipsi Solis, & morae dimidiatae in Ecleipsi ☽ sub 33'. & è regione 2'. scrupulorum in angulari proselyde excerpuntur 32'. 56". Et è regione 4'. scrupulorum minutorum latitudinis ☽ in sequenti angulari proselyde venantur sub iisdem 33'. summae semidiametrorum 32'. 45". Differentia autem horum cùm sit 11". secundorum scrup. Et pars, quae competit 28". visae latitudinis 2'. scrup. adhaerentibus. 2". ablatiua:

Scrupula casus, & incidentiae pro 33'. semidiamet. erunt 32'. 54". Idem ἀναλογισμὸς iterandus sub 34'. vt inde pars ἀνάλογον, congruens 48". semidiametrorum apparentium ☉ ☽ eliciatur. *Itaque*

Pro 2'. visae latitudinis sunt	33'.	56".
Pars ἀνάλογον 28". latitud. ☽ congr.	0.	2. *ablatiua.*
Scrupula incidentiae pro 34'. semidiamet.	33.	54.

Ex horum scrupulorum Incidentiae differentia, quae sunt ad summam semidiametrorum 33'. & 34'. sumpta, pars proportionalis, quae debetur 48". scrup. secundis Semidiametrorum ☉ ☽, nempe 48". addita scrupulis Incidentiae, quae sunt de summa semidiamet. 32'. 54", prodibunt scrupula Incidentiae, & morae dimidiatae in hoc ☉ Deliquio,

Pro 33'. semidiametrorum	32'	54".
Pars ἀνάλογον 48". de summa	0.	48.
Scrupula incidentiae, seu Casus	33'.	42".

ἘΜΠΤΩ´ΣΕΩΣ, ΚΑῚ ἈΝΑΠΛΗΡΩ´ΣΕΩΣ: *hoc est totius durationis, seu Temporis Incidentiæ huius Solaris Deliquij quæ* QVANTITAS.

Præcepto 63. SCrupula Incidentiæ supra inuenta sunt 33′. 42″.
Motus autem visus, seu apparens euectio ☽ à ☉ horaria 26′. 19″.
Per cõmunem itaq; logisticen pars ἐπιβάλλον correspõdẽs 33′.42″. motus Incidentiæ venabitur hac ratione.

26′.19″.dant 60′, vel vnam horam, quantum dabunt 33′. 42″.? Ratione horum trium numerorum prodit tempus quæsitum Incidentiæ, nempe 1. Hora 17′. 19″. Quæ duplicata constituunt Tempus totius durationis, à tempore ἐμπτώσεως, hoc est ingressionis, seu incidentiæ, vel initiationis Ecleipsis ☉, ex tactu ☽ & ☉ corporum visibilium, & apparentium, nostro respectu, ad tempus ἀναπληρώσεως, hoc est repletionis, seu recuperationis luminis ☉ integerrimæ, vel ad finem vsque totius Deliquij ☉.
Hor. 2. 34′. 38″.

LATITVDINIS LVNAE ad initium, & finem Ecleipseως, INVESTIGATIO.

Præcepto 64. 1 AD hoc opus, primò Motus ☽ congruens Visæ latitudini ☽ sub apparentem ὁμώδον inueniendus hoc pacto. Supra Lunæ visa latitudo inuenta ad visam copulam ☉ ☽ est 2′. 28″. Hæc dum quæritur in area Canonis latitudinis ☽ in Ecleipsibus per partem τοῦ ἐπιβάλλοντος proportionalem, reperiuntur deberi eam 25′. 15″. Nam 53″. differentiæ minutorum dant 10′. Quid ergo dabunt 28″. visæ, & apparentis ὁμώδου ☉ ☽? Pars quæ debetur est 5′. 15″. Quæ addita minutis 20′. 0″. præter 9. Dodecatemoria, quæ in capite Canonis annotantur, & 0. gradus, constituunt
Motum visæ latitudinis ☽ sub apparentem ὁμώδον 25′. 15″.
Fuit igitur motus visæ latitudinis ☽ sub visa copula ☉ & ☽
Dodecatemoriorum 9. *grad.* 0. 25′. 15″.

DEIN-

2. DEINDE huic motui adiecta ſcrupula Incidentiæ 33'. 42". quia Deliquium ☉ fit circa συνδεσμὸν ἀναβιβάζοντα, Nodum Euehentem ☊, conſtituitur Motus viſæ latitudinis ☽ ad initium Solis Ecleipſeωs, 9. Dodecat. o. grad. 58'. 57".

3. TERTIÒ cum hoc motu denuò ingreſſus Canonem eundem latitud. Lunæ in Ecleipſi, è regione 50'. ſub 9. Dodecatemor. in angulari proſcly de reperiuntur, ac colliguntur 4'. 21". ac è regione 1. gradus, ſequentis anguli, vel numeri, cum 0'. excerpuntur 5'. 14".

Harum itaque Latitudinum differentia cùm ſit 53". pars congruens 8'. 57". quæ adhærent 9. Dodecatemoriis, o. gr. 50'. motus viſæ latitud. ☽ per communem logiſticen, eiúſque doctrinam, ſunt 47". Quæ addita 4', 21", reſpondentibus 50'. motus viſæ latitudinis ☽, conſtituunt viſam ☽ latitudinem ad initium Deliquij ☉.

Pro 0. gradibus 50. minut.	4'.	21".
Pro 8'. 57". motus viſa latitud.		47
Viſa latitudo ☽ ad initium Deliquij	5'.	8".

Eáque MERIDIONALIS *Aſcendens.*

4. QVARTÒ ablatis iiſdem Scrupulis Incidentiæ, & moræ dimidiatæ in defectu ☉, à motu viſæ latitudinis ☽ ſub ipſam συνοδὸν apparentē, nempe à 9. Dodecatemoriis o. gr. 25'. 15".

Scrupula Incidentia	33. 42.
Dodecatemor. 8. grad. 29.	51. 33'. remanēt,

Eáque pro motu latitudinis viſa ad Finem Deliquij Solaris.

Cum quo, adhibita correctione, ex eodem Canone latitudinis ☽ in Ecleipſi per partem proportionalem, congruentem 29. gradibus, 51'. 33". excerpitur Viſa Latitudo Lunæ ad finem Deliquij ἀναπληρώσεως Solaris huius, nempe 0'. 43". Eáque adhuc tum

MERIDIONALIS *Aſcendens.*

In linea Ecleiptica ferè, & eius quamproxima ☽: hoc eſt propè, ac ferè in ipſo Genzahare ☊ conſtituta ☽.

HIS ITA PERACTIS,

& magno labore acquisitis, & absolutis,

SEQVITVR

ΔΙΑΓΡΑΜΜΑ

Praecepto 65. τῆ Ηλιακῆς Εκλείψεως *pro quantitate punctorum, seu Digitorum; corúmque scrupulorum, Sole ☉ in longitudine Eccentrici sui Media constituto; Colore, qui Griseo fusco tum temporis apparuit.*

AQVILO.

OR- IENS. OCCA- SVS.

AVSTER.

TERMINI ECLEIPSEωΣ ☉
Initij, Medij, ac Finis eius.

		Hor.		
Apparuit huius ☉ Deliquij	*Initium.*	1. 7'. 53".	*tempore apparēti P. M.*	*2. Octobr. anni veteris, seu 12. Oct. refor.*
	Visa coniunct. Copula	2. 25. 12.		
	Exitus.	3. 43. 31.		

DECLA-

DECLARATIO ET
Explicatio huius Typi Solis Deliquij.

LINEA *recta transuersa in medio circuli, quam describit* c a b. *Ecleipticam repræsentat, in cuius superficie* ☉ *fertur. Medietatem eius constituit* c a. *quæ quantitatem Semidiametri Solis, & Lunæ simul aggregatam indicat.*

Circulus magnus extremus, cui apponuntur literæ b e c f, *Diametros* ☉, *&* ☽ *visuales recipit, de quo* b. *punctum Orienti,* f *Meridiei,* c *Occidenti, &* e *Septentrioni applicatur.*

Linea recta dependens in medio circuli, quam metitur e r a g f, *Orthogonalis dicitur Ecleipticæ, per* POLOS *Zodiaci transiens. Quantitatem Semidiametri* ☉ *determinat linea* a d, *vel* a r.

Circulus d r i g, *Diametrum* ☉ *continet, & hic circulus corpus Solis repræsentat integrum.*

Linea obliqua transuersa, cui adiicitur l o n, *viam* ☽ *ab initio Deliquij Solaris ad finem vsque ostendit. De qua linea punctum* l. *Latitudinem* ☽ *apparentem,* 5′. 8″. *ad initium Ecleipsis significat. Sic punctum* o *ad medium* 2′. 28″. *Punctum verò* n *ad finem* 0′. 48″. *cum denominatione vbique* MERIDIONALI *Ascendenti. Nam situs* ☽ *Solem Ecleipsantis versus Meridiem ab Ecleiptica est.*

Circulus niger super punctum l *corpus* ☽ *in principio Deliquij* ☉ *præ se fert. Circulus super punctum* o *corpus* ☽ *in medio Ecleipsis* ☉ *est, quod non omnino corpus* ☉ *ab inferiori parte obtegit. Et Circulus niger super* n *punctum corpus opacum* ☽ *est in fine Deliquij* ☉, *dum penitus à contactu corporis* ☉ *separatur.*

Hi porrò tres circuli nigri secundùm proportionem semidiametri Lunæ sumpti sunt, cuius quantitatem definit linea c d.

Hinc patet Semidiametrum ☽ *maiorem esse, quàm Solis, Ac etiamsi in medio Ecleipsis centrum corporis* ☽, *quod denotat* o *punctum, ad centrum corporis* ☉ *exactè accederet in punctum* a *integrum, & amplius fieri posse, hoc est ita obtegi corpus* ☉ *à* ☽ *corpore, vt nulli radij* ☉ *vndequaque in extremitate emicare possent.*

Denique pars circuli, quam constituunt literæ d r i *arcus, partem corporis Solis adhuc luminosam nobis proponit.*

Ex hac itaq; Typi ☉ Deliquij declaratione, & explicatione perspicuum est, ex positu nempe ☽ respectu ecleipticæ, lineæ ☉, VLTRA ECLEIPTICAM Deliquium ☉ fieri.

DENOMINATIONES ET Vocabula motuum cœlestium, quibus in hoc τῆ ψηφοφορίας ἐπιλογισμῷ SOLIS *Deliquij opus est, aliorúmque omnium, suprà in explicatione Denominationum, ac vocabulorum motuum cœlestium ἐπιλογισμοῦ ψηφοφορίας Eclei-psis* ☽ *mensis Martij, declarata sunt.*

ARCVVM DISTANTIAE à Vertice ceruicum nostrarum, & παραλλάξεων κὴ πλά-τος, καὶ μῆκος Solis, & Lunæ in circulo altitudinis DECLARATIO.

DISTANTIA à Vertice, est arcus in circulo Altitudinum, qui à Zenith, seu capitis nostri puncto verticali in cœlo ad centrum Solis, vel Lunæ, vel stellæ cuiuslibet transit, numeratus.

ΠΑΡΑΛΛΑΞΙΣ verò, hoc est euariatio, permutatio, vel exorbitatio, seu diuersitas aspectus, & visus aberratio, Est arcus circuli verticalis per stellam aliquam datam ductus, & inter verum, & apparentem locum interceptus. Hæc autem diuersitas bifariam consideratur, in longitudinem scilicet, & latitudinem. Causa verò huius rei est spatium illud, quod intercedit inter oculum nostrum, & centrum terræ, quo fit vt oculus, vel visus noster intuens ☽, vel ☉, ab eius vero loco in cœlo aberret, vt postea patebit.

Παράλλαξις in longitudinem, Est arcus Ecleipticæ inter duos circulos magnos ad eam rectos (siue per Polos Zodiaci transeuntes) interceptus, quorum alter per verum, alter verò per apparentem stellæ locum ducitur.

παράλλαξις verò in Latitudinem, Est arcus circuli magni ad Ecleipticam recti, per locum vel verum, vel Apparentem ducti, interceptus inter binos parallelos Ecleipticæ, quorum alter per verum, alter per apparentem locum transit.


Excessus denique, vel sola ☽ à ☉ παράλλαξις, Est diuersitati aspectus ☽ super diuersitatem aspectus ☉ differentia. Porrò Latera longitudinis, & latitudinis παραλλάξεων sumuntur in vtroque latere Trianguli in partibus iisdem, quibus 60. adsumitur

mitur Hypothenusa, vel latus recto angulo subtensum, quod παραλλάξις μηκοπλατὴ in circulo altitudinis accomodatur.

De quibus Trianguli lateribus ad quodcunque tempus horarum, & minutorum supra Finitorem à Sole exhibitorum per partem proportionalem sumuntur, & eliciuntur vtriusque luminis ☉ & ☽ παραλλάξεις longitudinis, & latitudinis. Quæ latera bina trianguli orthogonij excerpuntur ex Canonibus Trianguli orthogonij παραλλάξεων Solis, & Lunæ.

ΣΧΗΜΑ ΠΑΡΑΛΛΑΞΕΩΝ

secundùm omnes species ad situm, & positum Zodiaci quamproximum, tempore ☉ defectus 2. Octobris 1605.



EXPLICATIO TYPI

παραλλάξεων ☉ & ☽ præcedentis.

FIGVRA hac præcedenti *a* Centrum mundi, vel terræ est: & recta *a b*, Semidiameter terræ. Linea Ecleiptica, vel Zodiacus est arcus *p r i n q*, situs, & positus Defectus Solaris.

Cælum ☽, vel via Lunæ sub Zodiaco est arcus designatus literis *l c m g*. Et Lunæ corpus est in puncto *c*.

Recta ergo linea *a c d*, monstrat in cœlo octauæ Sphæræ locum verum ☽ in puncto *d*, & recta *b c o*, in *o* puncto locum Lunæ visum, vel visibilem Lunam in huiusmodi Ecleipseos ☉ cœli positu, cuiusmodi ex superficie terræ in puncto *b* apparet.


Sit autem Verticalis circuli Quadrans *z f*, inter Zenith, vel capitis nostri Verticem in *z* Et Horizontem *a f*, repræsentatus, transiens per locum ☽ verum in *d* & visibilem in *o*. Arcus ergo *d o* in circulo altitudinis, est παράλλαξις μηκοπλατὴς ☽, qua oculus noster in *b* puncto, viso suo à vero ☽ loco aberrat.

In Solis verò παράλλαξει dignoscenda, quia exigua est, nec facilè in hoc typo παραλλάξεων animaduerti potest: si tamen ducta sit recta veri loci ☉ *a m o*, à centro mundi, & recta *b c o*, apparentis loci per centrum Solis, in circulo latitudinis *κ d f*, παράλλαξις ☉ μηκοπλατὴς innotescet prope punctum *o*, qua etiam visus noster à vero loco Solis aberrat, 2′. 39″. scrupul. secundis.

Iam παράλλαξις ☽ in longitudinem sic in præcedenti figura innotescit: Quæ cùm in Ecleiptica numeretur, arcus *d i* linea repræsentatus, ex loco vero secat Ecleipticam in puncto *i*, ad rectos angulos, ac proinde per Polos Zodiaci transit. Sic *o r* arcus ex *o* puncto, & loco visibili ductus, secat eandem Ecleipticam in *r* puncto ad rectos angulos. Quare *r i* arcus in Ecleiptica, diuersitas aspectus, quæ παράλλαξις κατ' πλάτος vocatur secundùm longitudinem Zodiaci erit.

Deinde, Quia παράλλαξις secundùm latitudinem ab Ecleiptica est, Figura eadem præcedenti Parallelus Ecleipticæ est arcus literis *s b t o n* designatus, qui ductus per locum ☽ apparentem in *o* secat arcum *e r* in *o*. Parallelus verò eidem Ecleipticæ *κ d e x* per locum verum ☽ in *d* puncto transit.

ΣΧΗΜΑ OCVLARIS DEMONSTRATIONIS
Deliquij Solaris 2. Octobris, anni 1605.



Referendus Typus Ocularis demonstrationis magni Solaris defectus, in Plano Quadrantis Occidu
Cœli repræsentati, qui hoc signo):(notatur ad paginam 69. in litera I 3

2

transit. Arcus ergo inter *o*, & *e* puncta interceptus, παράλλαξις latitudinis, quæ κατὰ πλάτος dicitur, est.

Quantæ verò sint hæ tum longitudinis, cum latitudinis κατὰ μῆκος, καὶ κατὰ πλάτος παραλλάξεις suprà perspicuè demonstratur.

PORRÒ ex hac figura etiam superiori perspicuum est veram ☉ & ☽ συνοδὸν præcedere visibilem. Ducta enim recta à centro mundi *a* per *m* punctum veræ συνόδου, ad centrum ☉ corporis in *r* puncto, patet nondum posse Solem Deliquium pati, Luna in ea linea collocata nostro respectu, (nisi in centro terræ oculis Solem conspicere possemus) Quia nondum à ☽ Sol impeditur quominus à nobis cerni possit. Quod ex linea ab oculo nostro in *b* collocato, per *c* ad *r* locum ☉ ducta, perspicuum est, nec interiicitur adhuc ☽ in puncto *m* veræ copulæ, inter oculum nostrum, & corpus Solis, quod fieri oportet in Solis Deliquio, in Occidentali Zodiaci plaga. Ideò Lunam perambulare arcum *r n* à puncto *m* in *c* debere palam est, vt ducta recta *b c o* ab oculo nostro ad centrum ☉ corporis per centrum ☽, visibilis, & Apparens Ecleipsis nobis perspicua fiat.

In Orientali verò latere Ecleipticæ contrarium huius fit & accidit, *Visibilis* nempe *Solis & Lunæ συζυγεια Ecleiptica veram præcedit. At in ipso Ecleipticæ 90. gradu vera, & visibilis σύνοδος Luminarium* (quando accidit Deliquium ☉) *simul apparent.*

Huc referatur Typus Ocularis Demonstrationis magni Solaris Defectus, in Plano Quadrantis Occidui cœli repræsentati, qui hoc signo):(notatur.

CIRCVLORVM OMNIVM,
arcuum, linearum, & punctorum Deliquij Solaris, quod 2. die Octobris 1605. horis à meridie 2. min. 16'. tempore apparenti apparuit, ἀκριβέος in Plano Quadrantis descriptionis, &
OCVLARIS DEMONSTRATIONIS
DECLARATIO.

PVNCTVM in *a* Centrum mundi præ se fert. *b* Centrum Eccentrici orbis ☽, cuius quarta pars in hoc Quadrante re-

præsentatur. Punctum in *o*, est locus Apogæi Eccentrici ☽. & linea recta *a b δ i o*, est linea medij motus ☽ ad tempus mediæ συνόδου ☉☽. Et arcus *L* litera in termino Quadrantis notatus Ecleiptica est, suis signis, gradibus, & numeris designata.

Arcus latus, & albus Quadrantis, per *A* notatus, Eccentrici orbis ☽ est: & circulus paruus in eius spissitudine, designatus literis *r s t y*, Epicyclus Lunæ est, cuius centrum est *b*.

In eo circulo paruo, seu Epicyclo est corpus ☽ affixum in puncto *o*, tegens, & obscurans Solem pro quantitate Deliquij, cuius punctum *l* corpus ☽ ad initium, *n* verò ad finem repræsentat.

Nota hæc ☊ est Caput Draconis in 10. gradu ♎ signatum, & designatum literis, & linea recta *a R S*.

Arcus litera *m*. notatus, Viam ☽, vel visæ latitudinis Lunæ viam designat.

Partes illæ nigræ, *C* litera in vtraque parte versus Septentrionis latus ab Eccentrico notatæ, sunt partes Deferentis Apogæum Eccentrici ab AVGE, vel Apogæo vero in *O* puncto. Arcus verò niger & latus litera *G* designatus, quartam Deferentis Perigæum Eccentrici ☽ partem præ se fert.

Arcus paruus *e b d*, Est 4. pars circuli parui super centro mundi *a*, per centrum Eccentrici *b* transiens, & constituens orbis ☽ Eccentricitatem, nempe 10. graduum 19. min. qualium semidiameter Eccentrici *a b*, vel *a i*. 60. est partium, quam metitur eccentricitatem linea *a d*, vel *a b*.

Arcus *Q* litera designatus, post Eccentricum sub Zodiaco *L*. est Æquans Lunæ orbis, vel 4. pars eius, cuius motu circumaguntur Poli Deferentium Apogæum Eccentrici orbis ☽ circa Polos ecleipticæ. Qui Æquans ☽ orbis mouetur contra signorum ordinem æqualiter circa centrum, & Polos Zodiaci.

Arcus item *z* litera notatus, est verus motus latitudinis.

Arcus *B* litera signatus, ac per partes diuisus, habens signa illa ♎ ♏ ♐, Ecleipticam iteratam, in qua, vel quamproximè quam fiunt omnes Solis, & ☽ Ecleipses, præ se fert.

Linea *a y b s*, linea est medij motus ☽: & *a e o x* linea, per centrum ☉ ducta, est linea veri motus ☉ & ☽ simul.

Parua linea in Epicyclo ☽ à centro epicycli ad centrum corporis ☽ ecleipsantis Solem ducta, est clauis ☽, veluti clauo in Epicycli centro affixa, qua circumuoluitur ☽ in περιφερείᾳ Epicycli.

Arcus in Ecleiptica *x V*, est προσθαφαίρεσις primi epicycli ☽, quæ est 3. graduum 22. minutorum.

Arcus

Arcus in Zodiaco inter punctum *L*, & *V*, est motus ☽ interuallo Mediæ & Veræ copulæ, qui est 1. gradus 33. minutorum ecleipticæ.

Epicyclus verò super centro *i.* motum Epicycli ad tempus mediæ συνόδου designat, cuius linea *a i O L*, est linea medij motus Lunæ ad idem tempus Mediæ coniunctionis.

PORRÒ *his circulis, arcubus, lineis, punctis, Sphæra, & orbis Lunæ, ad hanc Solaris Defectus ocularem demonstrationem paratis, delineatis, & aptatis. Orbes, circulos, lineas, arcus, punctáque* SOLIS *aptauimus, & accomodauimus propter operæ pretium, & admirabilem prorsus Luminarium magnorum* ☉ *&* ☽ *συμπάθειαν, seu conuenientiam.*

Arcus itaque *B* litera signatus Ecleipticam, seu viam Solis (à qua nunquam digreditur) in medio Eccentrici sui orbis collocatam, præ se fert, in qua pro quantitate 11. Digitorum 21. minutorum scrupul. ecleipticorum SOL à LVNA ecleipsatur.

Punctum *c* propè centrum Quadrantis, Centrum Eccentrici est, & *a c*, eccentricitatem Solis præbet 2. grad. 36. min. qualium semidiameter Eccentrici est 60. graduum.

Linea *a β L* ad Ecleipticam ducta, est linea Medij motus ☉ æquidistans ei, quæ ex centro Eccentrici *c*, ad ☉ centrum ducitur. Linea verò *a ε o x*, à centro mundi per centrum ☉ extensa, est linea veri motus Solis, & ☽ simul.

At linea à centro Eccentrici ☉ *c* per centrum Solis ducta, nempe *c E o γ*, est Æqualitatis linea; vel linea veræ AVGIS ☉, cui semper linea medij motus *a β L*, æquidistat. Quæ lineæ ambæ bis in anno iunguntur, quoties scilicet ☉ præcisè in Eccentrici Apogæo, & Perigæo versatur.

Arcus Ecleipticæ *x L*, inter lineam veri motus ☉, *a ε o x*, & lineam *a β L* medij motus, est προσθαφαίρεσις orbis Solis absoluta, quæ est 1. grad. 49'. 19". Sed arcus exiguus inter *x*, & *γ* in Ecleiptica Προσθαφαίρεσιν Centri ☉ præ se fert 44'. 1".

Cæterùm Interuallum, vel distantia linearum, vel Arcuum visæ latitudinis ☽, litera *m*, & veræ latitudinis ☽ in litera *z*, signatæ; spacium illud, vel differentia, quę inter vtrumque arcum latitudinis verę, & visæ intercipitur παράλλαξις, seu diuersitas aspectus dicitur esse ☽, vel Aberratio visus nostri in 8. Sphera est.

ΠΟΡΙΣΜΑΤΑ *in Deliquiis Solaribus obseruanda.*

Cùm Semidiameter ☉ in Apogeo Eccentrici sui in Eccentricitate scilicet maxima sit 15'. 40". In Perigæo autem 17'. 2". Sed in minima Eccentricitate Semidiameter ☉ Apogæi cùm sit 15'. 49". Perigæi verò 16'. 52".

Deinde cùm Semidiameter ☽ apogææ in Nouiluniis, & pelniluniis sit 15', 0". Perigææ verò 17'. 49". Si Lunæ apparens latitudo fuerit maior in coniunctione visibili, quàm vtriusque Luminaris ☉ ☽ Semidiameter, Luna de Sole nihil obscurare poterit. Sed si maior extiterit, ipsa tantam de eo portionem tegere poterit, quanta latitudinis, & aggregati ex semidiametris differentiæ congruet.

Itaque si in Apparente Synodo Solis & ☽, Latitudo ☽ visa fuerit minor 30'. 40", impossibile est Solé non occultari à Luna. Si verò eadem Latitudo maior fuerit 30'. 40": attamen minor 34'. 51", possibile est Solis particulam deficere. Sin autem excesserit 34'. 51", Sol non obscurari poterit.

ΕΠΙΣΑΓΜΑ.

Ad Deliquium Solis, etiam hæc 3. concurrere necesse est.


1. *Vt sit Luna iuncta Soli in eodem gradu Ecleiptica.*
2. *Vt sit Luna in Ecleiptica, vel quamproximè illam ambiat.*
3. *Vt sit illa in ☊, vel ☋. Capite vel Cauda Genzahar, seu Draconis, vel propè: aliàs altero horum deficiente,* Solis *Deliquium expectandum non est.*


Vel si Luna distantia à Nodis ☊ ☋, in Boream, secundùm Ptolemaum, fuerit 20. graduum, 40'. scrup. aut in Austrum 11. grad. 20', minutorum scrupul. vel etiam minor, possibile est vt ☉ deliquium patiatur in σφαιρία sui globi. Qua distantia à Nodis vltrà, vel citrà, antè, vel pòst, secundùm, & contra seriem Dodecatemoriorum Zodiaci in Ecleiptica intelligenda est. Quod erat demonstrandum, & obseruandum in Ecleipsibus Solaribus.

HACTE-

HACTENVS QVAE ASTRONOMICA (quæ in CONCRETO, *Astrologiæ subiecto versantur) ad tam insigne* SOLIS *Deliquium, (descriptis nempe tempore, motibus, arcubus, lineis, circulis, locis, & punctis, cum oculari demonstratione, ac perspicua eius declaratione) spectant.*

PORRO QVALIS SYDERVM constitutio, cœli status, & positus fuerit ad Latobricorum ὡρίζοντα Lausannæum, pro medio DELIQVII ☉ *tempore, schema sequens cœleste euidenter ostendit.*





ASTRONOMICI CONCRETI ASTROLOGICVM ABSTRACTVM, SEV ΛΟΓΟΣ.

De potentia occulta, sed efficacißima positus nempe syderei, & constellationis præcedentis ad medium ☉ Deliquij temporis eiusmodi esse potest.

DOMINIVM huius Ecleipsis ♀ Veneri competit vnà cum ♃ Ioue duabus fortunis, quas vocant. Ea enim signo Ecleipsis ♎ Libræ dominatur. ♃ verò in gradu ☉ sibi Terminum vendicat. Quare horum duorum Planetarum respectu iudicium de effectibus Astrologicum, ex eorum habitu, & positu statui potest.

PRIMÒ igitur ♀ præcipua Domina in suo Detrimento repedat, signum ♏ Scorpionis venenosum, subdolum, mendax, & falsum occupans, iuncto ☿ Mercurio Androgeni, versuto, & ambiguo, vel bilingui, qui à ♂ Marte ex propriis domiciliis receptus, nulla alia Essentialium Dignitatum præditus est, nisi quòd per accidens in 9. domo cœlesti Veneri iungitur. Ea autem læditur ✶ Sextili radio sinistro à ♂, vt & ☿ ipse socius è ♍ Virginis signo longarum Ascensionum, malo aspectui æquiparato: ac dominium habet in 4. & 9. cœli domum. Malè igitur partim afficitur, partim debilis est.

DEINDE, ♃ socius in Dominio, in Casu suo reperitur, in 12. domo cacodæmone scilicet, collocatus. Verumtamen in suis Terminis, ac in Quadrato Solis perfecto existit. Dominator verò 2. 11. & 12. domib. Longè ergo, ac latè dominatur malè affectus ♃. Proinde vterque horum Dominorum vitio debilitatis laborare ex his perspicuum est.

EX EORVM itaque situ, positu, affectu vitiato, contaminatione locorum suorum, & dominio, iudicant Astrologi periti Veneficia, & incantationes diabolicas, propter Scorpionem. Detrimentum deinde, vel immaturitatem, seu putrefactionem terræ fructuum colligitur ex abundanti pluuiarum & imbrium copia, & frequentia, ob ♀ detrimentatam in ♏, aqueo signo

ſigno,& quattæ domus, quæ ♉ Taurum ſignum terreum occupat,& fructuum,pratorum, vinearum, & fodinarum, metallorum,bonorum denique immobilium,ac omnium rerum exitus, & finis ſignificatrix eſt,imperium ſibi vendicantem.

♃ Iupiter verò cadens ab angulo in 12. infortunio affectus, & collocatus Eccleſiaſticorum,& Iouialium fraudes occultas, inſidias,damna,multos,variósque caſus,& infortunia inter eos, aut eorum cauſa, vel per eos ex 12. domus ſignificationibus, pote ex libidine,ſcortis,incantationibus, aut ab equis, & maioribus animalibus, &c. portendere videtur.

Deinde ex eius receptione à mutuis domiciliis à ♄ Saturno, ſene fraudulento,verſipelli,& inuidia maliciáq; inueterato, proditore,ac hoſte ſubdolo,in 11.domo,amicorum,bonæ ſpei,fauoris & beneuolentiæ,bonorúmque conſiliorum ſignificatrice, collocato,Fallaciæ miræ,ſubdolæ,aut fucatæ amicitiæ, deſperationes, ſeu ſpei fruſtrationes ab amicis expectandæ, proditoria conſilia, verùm etiam ſcortationes inter Iouiales, vel Nobiles inſigniter notantur.Statum denique calamitoſum,inimicitias acerbas,carceres,arreſtationes,ac pauperem animi,& corporis,rerúmque Iouialium religioſis perſonis ſtatum:ac neſcio quid præterea aduerſi quantùm ad pecora,equos,boues, & maiora animalia attinet portendere,& ſignificare ♃ videtur.

Præterea cùm 8.domus ſignum humanum ♍ Virginis poſſideat,quod à ♂ Martis præſentia inficitur vredine, atque ex □ Quadrato ♄ Saturni dextro aſpergitur veneno peſtifero,pronuntiant Aſtrologi anno ſequente 1606. mortales morbos ex veneno, Mortis periculum, vel res triſtes Solari cuidam, vel magno Monarchæ veterato,ac Saturnino,ex Sole in 8. domum immerſo,mortis,ac funerum denunciatricem,prope ☊ Genzahar,caput Draconis mortiferum, in ſuo Caſu ♎ ſigno, ac in ✶ dextro fortiſſimi,♄ Saturni.Item,& Lunaris,vel Nobilis Matronæ interitus periculum notatur ex ☽ cum ☌, quam ſimul cum ☉ Saturnus falce ſua peſtifera pulſat,inuoluit,ac perſtringit. Quæ duo Luminaria iúcta Iupiter præter id adhuc ſiniſtris,ac pernicioſiſſimis 12. domus ſignificationib. Quadrato radio ſauciat,ac peruersè lædit.

Mirabile denique quidpiam cauſa defunctorum Potentis alicuius regio ſtemmate nati,ſeu hęreditatum Regiarum ex mortuis accidere poſſe ☉ in 8.domo deficiens portendit, ac minatur.

Caueat ergo,ac proſpiciat ſibi Rex, aut regius quiſquis ille ſit de regio ſtemmate natus : Caueat & ſibi Regina, vel

Nobilis matrona, nobili, & regia de stirpe ac sanguine nata, sub primo Zodiaci Quadrangulo, vt ille natus Rex etiam sub eo Quadrangulo cœli primo subiacens, ab Ecclesiastici κακοδαίμονας, seu falsi Prophetæ subdoli, & proditionis affectu dudum præditi, ac inueterati veneno, aut etiam gladio venenato: ab vtraque parte, & in vtraque sorte caueat, & seriò sibi prouideat.

Etsi verò Gubernatores huius horrendi Solis Deliquij Fortunæ ipsæ reperiantur, & sint quæ per se fausta, & prospera non nisi significare, aut ea prædicta mala saltem lenire deberent, Tamen alter eorum in Casu, & 12. infectus, à ♄ regitur ei cùm dominatur: alter verò in Detrimento, ex ✱ sextili radio à ♂ Domino suo læsus, & sauciatus, ac in falsitatis, & proditionis signo reperitur. Quare virtus eorum lenitiua euanescit, adeò vt quæ mala decernunt per se, & per accidens grauia non nisi, & imbrium instar peruersè irruentium, manere possunt.

Insuper Martis miscuæ virtutes hìc prætereundæ non sunt. In septima enim collocatus, & de signo ♏, quod ♂ possidet, disponens, ac proinde de ♂ ipsa gaudens in signo ♍ humano, cuius ☿ dominium habet, ac proinde de ♂ disponens reciprocè, Furores populi; bellicos motus, & tumultus: Ventris præterea, & renum dolores, dissenterias, febres tertianas, & quotidianas, Fures, incendiarios. In iure ciuili frequentes altercationes, dissensiones, & disputationes acerbas, verbera, & digladiationes inter consanguineos violentas, & mortiferas; ac latrocinia: Libidines in matrimoniis, & scorta plæraque, seu rabiem muliebrem, luxuriémq; vbiq; præsignare hìc malus Planeta videtur.

Sed præter hæc coniunctio illa Luminarium ☉ ☽ Ecleiptica in aëreo signo ♎ ventoso consideranda est. Collocatio item dominantis ♂ in aquatico ♏ cum ☿ στίλβοντι, versatili, subito, violento velocíque Planeta iunctæ. Talis enim dispositio συνοδικὴ non nisi ventorum Meridionalium concursus inordinatorum, ac impetuosorum, cum pluuiis, imbribus, fulgore, & grandine mixtim, ex efficienti causa ♃, Ioue scilicet in Capricorno violento signo, terreo, frigido, sicco, Sextili ad eam Venerem radiante, & ex Saturni etiam Sextili ad ☉ & ad ☽ radio partili, & promissore, promittere, & vibrare potest. Qua ratione vites, segetes, arbores, fructúsque terræ immaturi flagello illo iræ DEI ne lædantur verendum est. Mala quippe est hæc cœli superior ☉ Ecleipsis facies, mala constitutio Ecleipticæ συνόδου: mala denique collocatio, & habitus Dominorum, & significatorum eius.

Item

Item cùm hæc Luminarium magnorum copula fiat cum stella illa fixa Azimech: quæ est naturæ ♀,cum participatione ♂ Martis,primæ magnitudinis in ipso 19. gradu ♎ in quo ☉ deficit lumine suo. Deinde cùm in figuræ cœlestis cardinibus illustres,& primæ,& secundæ magnitudinis stellæ reperiantur, Id legum diuersarum,veterúmque permutationes ex authoritate Potentissimorum Monarcharum,ac Principum,Regúmq; mandato strictámque obseruationem nouarum legum in facto Religionis præ se fert,& indicat:Æthica enim significatio est,eò quòd Æquinoctialia Dodecatemoria,qualia sunt ♈,& ♎, sacrorum, & Religionis cultum denotant. Fortes etiam & violentæ stellæ fixæ, quales sunt Caput Algol,Aldebaran, Hercules,& Antares, &c. violentiam,& iuris adstrictionem adhibent, nec non delinquentium,seu in leges,& ius peccantium, punitionem manifestam, & exemplarem,strangulo, & capitis plexu significant.

Adde quod Domina ♀, iuncta ☿ in 9. religionis, pietatis, longorum itinerum, somniorum, diuinationum, liberaliúmque artium, literarum ac studiorum significatrice, naturam ♂ suscipiens ex receptione mutua domiciliorum, & ✱ Sextili radio læsa,falsas literas,earúmque missiones, deceptiones, & interceptiones epistolarum,& scriptorum à furibus,& pyratis, seu prædonibus,& latronibus.Monetas item,& sigilla,vel monetarios,& sigillorum artifices falsatios, granorum,& pactorum, matrimoniorum etiam inter confœderatos,cupri, & argenti &c. corruptionem,& falsificationem,ex ♀, & ☿ violentatis,& falsificatis,siue corruptis,& vitiatis in ♏, significare videtur sub tempore virtutis & potentiæ ineuitabilis, ac diræ huius horrendæ ☉ Ecleipsis, suo loco,ex Directionibus suis expectandæ, & ipsa experientiâ comprobandæ.

EXEMPLA SIMILIVM effectuum Deliquiorum Solarium, qui in sensus nostros à paucis annis in hisce Libræ,primo Zodiaci Quadrangulo partim subiectis regionibus inciderunt.

ANNO ΧΡΙΣΤΟΓΟΝΙΑΣ 1591. Iulij 10. die accidit hora 3. Post Meridiem ☉ Ecleipsis satis patua in 8. domo cœli. ♀, & ☿ in 9. vt in hac anni 1605. Ecleipsi; ac eodem

anno, 20. die Decembris, Ecleipsis ☽ magna hora 5. matutina, atq; etiam in 8. domo, vtraque interim sub primo Zodiaci Quadrangulo fuit in 8. gradu Cancri. Eo tempore, & sequenti anno 1592. Varij, & calamitosi rerum euentus acciderunt, tum in Religione, aut causa Religionis veræ, ac reformatæ, aut in Religiosis personis, vel causa Nobilium, & Dominorum Prouinciarum ac Regnorum: tum etiam in politicis, vel causa politicarum rerum, ac personarum; & in sexu fœmineo, pote religiosis tum matronis, tum fœminis, ac filiabus ætate prouectis, & iuuenibus, & ipsis adolescentulis &c. à ♂ Marte, hoc est à luxu, scorto, & voluptate effræna militum ad mortem sauciatis, nullo ætatis discrimine, nec sexus ratione habita: Venere Ecleipsis in dominio adiuncta, & in Virgine, in vtraque Ecleipsi ☉ ☽ eiusdem anni 1591. reperta, & quidem in 9. & prima cœli domo collocata.

Quantæ, quæso, miseriæ, proditiones, & incantationes, tragicæ factiones in politicis, & Ecclesiasticis rebus acciderunt? Quàm multi ex iis, qui ♎ Libræ Signo subiecti perhibentur, crudeli morte exhausti sint, nouissima hæc & luctuosissima tempora satis supérque attestantur.

Proclus, insignis, ac celeberrimus *Mathematicus & Astronomus* super Ecleipses ☉, & ☽ id multis iam seculis antecedentibus olim annotans sic ait, *Ecleipsis ☉ cùm acciderit in ♋ Cancro, (Vt anno 1591. 10. Iulij) hoc est in Primo Zodiaci Quadrangulo, Obscuræ turbæ, ignobilísque interitus, diuturnæ bellorum seditiones, & aquatilium, maritorúmque, & aliorum in aquore degentium magna pernicies continget.*

(Hoc in genere. Particulatím verò sic ait) *In Vltimis verò 10. gradibus Cancri ♋, (Vt accidit eodem anno 1591.) morbos, seditiones, & lues alias immittit per Vniuersam Armeniam, & Africam, caterásque regiones Cancro subiectas:* hoc est primo Zodiaci Quadrangulo ♈ ♋ ♎ ♑ subiectis partibus, & regionibus hæc mala accidere posse censet. *At Luna Ecleipsata in 10. primis gradibus ♋ Cancri,* (vt eo etiam anno accidit) *bellum omnino concitat, quod secum infinita mala trahit.*

Anno deinde 1595. & 23. die Septembris, Ecleipsis ☉ accidit in 4. sui corporis parte, & in 9. domo, ac primo ♎ decano. Quid portenderet hæc, idem *Proclus* annotauit iam olim, cuius Ecleipsis etiam tales acciderunt tum temporis effectus. *Aërem*

enim

enim, inquit, *corrumpit, Pestem suscitat, & annonam flagellat, carámque reddit*. Quod ita tamen intelligendum, Si non in toto, in aliqua tamen parte significationis accidere posse.

Item Anno 1596. accidit Ecleipsis ☽ in 3. Decano ♎, die 2. Aprilis tertia parte globi sui obscurata. Quid verò minitata sit, recenset idem *Proclus*, *Fames* scilicet, *& atrocißimas ægritudines, morborúmque pestes mortalibus ingruere*, *vt obseruarunt Astrologi*. Quod sequenti anni 1597. & 1598. accidit, Pestis scilicet in his Heluetiæ proximis regionibus sub ♎ tamen adhuc in parte subiacentibus.

QVÆ cùm ita sint, & olim prædicta, ac suo (etiamnum intra paucos annos) tempore, vt iam ante multa secula manifestata, & experientia comprobata, possumus etiam talia colligere, & inferre ex eodem famoso Astronomo super ☉ & ☽ Ecleipses huius anni 1605. aliis multis in rebus conformes, quales nempe effectus in genere decerni ab illis possint.

CVM itaque anno hoc 1605. ac 24. Martij die hora 8. post Meridiem Deliquium ☽ in tota ferè globi sui ἐπιφανείᾳ in gradu 14. ♎, vel secundo decano signi Libræ (cui subiacent Sabaudia, & Delphinatus, & aliæ prouinciæ) accidat, vitiliginis omnibus perniciosam esse portendere, & significare videtur ex *Procli* sententia.

Secundò, eodem anno 1605. die verò 17. Septembris hora 5. manè, ☽ in primo decano Arietis, & in 7. domo cœli, & 8. Digitis seu punctis Ecleipsans, *Febres, ædium incendia, combustiones nemorum, ac aëris siccitatem* designare posse, ait *Proclus*. Expertum enim est Luminarium Ecleipses in signis igneis ♈ ♌ ♐, concurrente ♄ & ♂ cum stellis fixis, magnos, diuturnos, ac perniciosos æstus excitasse, ita vt magna flumina aquis calore absumptis tuta transeuntibus vada præbuerint, & mediocria prorsus exsiccata fuerint, syluæ à radiis Solaribus accensæ conflagrarint, & crebra in multis Germaniæ & Bohemiæ locis incendia fuerint. Contrà verò contingentibus Ecleipsibus in signis aqueis ♋ ♏ ♓, deprehensum est humiditates auctas esse, imbrium magnam frequentiam cecidisse, & exundationes inusitatas, ac diluuia fuisse, vt anno 1598. ex Ecleipsi ☉ teterrima in 16. Piscium ♓, die 25. Februarij hora 10. ante meridiem quæ apparuit.

Tertiò, ☉ deficiens in signo ♎, & in 2. decano ferè toto suo corpore, *Magni cuiusdam*, inquit Proclus, *Regis*, vt antè dictum est,

præsentatur. Punctum in o, est locus Apogæi Eccentrici ☽. & linea recta a b δ i o, est linea medij motus ☽ ad tempus mediæ συνόδου ☉ ☽. Et arcus L litera in termino Quadrantis notatus Ecleiptica est, suis signis, gradibus, & numeris designata.

Arcus latus, & albus Quadrantis, per $\mathcal{A}$ notatus, Eccentrici orbis ☽ est: & circulus paruus in eius spissitudine, designatus literis r s t y, Epicyclus Lunæ est, cuius centrum est h.

In eo circulo paruo, seu Epicyclo est corpus ☽ affixum in puncto o, tegens, & obscurans Solem pro quantitate Deliquij, cuius punctum l corpus ☽ ad initium, n verò ad finem repræsentat.

Nota hæc ☊ est Caput Draconis in 10. gradu ♎ signatum, & designatum literis, & linea recta a ☊ s.

Arcus litera m. notatus, Viam ☽, vel visæ latitudinis Lunæ viam designat.

Partes illæ nigræ, c litera in vtraque parte versus Septentrionis latus ab Eccentrico notatæ, sunt partes Deferentis Apogæum Eccentrici ab Avge, vel Apogæo vero in o puncto. Arcus verò niger & latus litera G designatus, quartam Deferentis Perigæum Eccentrici ☽ partem præ se fert.

Arcus paruus e b d, Est 4. pars circuli parui super centro mundi a, per centrum Eccentrici b transiens, & constituens orbis ☽ Eccentricitatem, nempe 10. graduum 19. min. qualium semidiameter Eccentrici a b, vel a i. 60. est partium, quam metitur eccentricitatem linea a d, vel a b.

Arcus Q litera designatus, post Eccentricum sub Zodiaco L est Æquans Lunæ orbis, vel 4. pars eius, cuius motu circumaguntur Poli Deferentium Apogæum Eccentrici orbis ☽ circa Polos ecleipticæ. Qui Æquans ☽ orbis mouetur contra signorum ordinem æqualiter circa centrum, & Polos Zodiaci.

Arcus item z litera notatus, est verus motus latitudinis.

Arcus B litera signatus, ac per partes diuisus, habens signa illa ♎ ♏ ♐, Ecleipticam iteratam, in qua, vel quamproximè quam fiunt omnes Solis, & ☽ Ecleipses, præ se fert.

Linea a y b s, linea est medij motus ☽: & a t o x linea, per centrum ☉ ducta, est linea veri motus ☉ & ☽ simul.

Parua linea in Epicyclo ☽ à centro epicycli ad centrum corporis ☽ ecleipsantis Solem ducta, est clauis ☽, veluti clauo in Epicycli centro affixa, qua circumuoluitur ☽ in περιφερείᾳ Epicycli.

Arcus in Ecleiptica x V, est προσθαφαίρεσις primi epicycli ☽, quæ est 3. graduum 22. minutorum.

Arcus

Arcus in Zodiaco inter punctum *L*, & *V*, est motus ☽ interuallo Mediæ & Veræ copulæ, qui est 1. gradus 33. minutorum ecleipticæ.

Epicyclus verò super centro *i*. motum Epicycli ad tempus mediæ συνόδου designat, cuius linea *a i O L*, est linea medij motus Lunæ ad idem tempus Mediæ coniunctionis.

PORRÒ *his circulis, arcubus, lineis, punctis, Sphara, & orbis Luna, ad hanc Solaris Defectus ocularem demonstrationem paratis, delineatis, & aptatis. Orbes, circulos, lineas, arcus, punctáque* SOLIS *aptauimus, & accomodauimus propter operæ pretium, & admirabilem prorsus Luminarium magnorum* ☉ *&* ☽ *συμπάθειαν, seu conuenientiam.*

Arcus itaque *B* litera signatus Ecleipticam, seu viam Solis (à qua nunquam digreditur) in medio Eccentrici sui orbis collocatam, præ se fert, in qua pro quantitate 11. Digitorum 21. minutorum scrupul. Ecleipticorum SOL à LVNA ecleipsatur.

Punctum *c* propè centrum Quadrantis, Centrum Eccentrici est, & *a c*, eccentricitatem Solis præbet 2. grad. 36. min. qualium semidiameter Eccentrici est 60. graduum.

Linea *a β L* ad Ecleipticam ducta, est linea Medij motus ☉ æquidistans ei, quæ ex centro Eccentrici *c*, ad ☉ centrum ducitur. Linea verò *a ε o x*, à centro mundi per centrum ☉ extensa, est linea veri motus Solis, & ☽ simul.

At linea à centro Eccentrici ☉ *c* per centrum Solis ducta, nempe *c E o γ*, est Æqualitatis linea; vel linea veræ AVGIS ☉, cui semper linea medij motus *a β L*, æquidistat. Quæ lineæ ambæ bis in anno iunguntur, quoties scilicet ☉ præcisè in Eccentrici Apogæo, & Perigæo versatur.

Arcus Ecleipticæ *x L*, inter lineam veri motus ☉, *a ε o x*, & lineam *a β L* medij motus, est προσθαφαίρεσις orbis Solis absoluta, quæ est 1. grad. 49′. 19″. Sed arcus exiguus inter *x*, & *γ* in Ecleiptica Προσθαφαίρεσιν Centri ☉ præ se fert 44′. 1″.

Cæterùm Interuallum, vel distantia linearum, vel Arcuum visæ latitudinis ☽, litera *m*, & veræ latitudinis ☽ in litera *z*, signatæ; spacium illud, vel differentia, quę inter vtrumque arcum latitudinis verę, & visæ intercipitur παράλλαξις, seu diuersitas aspectus dicitur esse ☽, vel Aberratio visus nostri in 8. Sphera est.

ΠΟΡΙΣΜΑΤΑ *in Deliquiis Solaribus obseruanda.*

Cùm Semidiameter ☉ in Apogeo Eccentrici sui in Eccentricitate scilicet maxima sit 15'. 40". In Perigæo autem 17'. 2". Sed in minima Eccentricitate Semidiameter ☉ Apogæi cùm sit 15'. 49". Perigæi verò 16'. 52".

Deinde cùm Semidiameter ☽ apogææ in Nouiluniis, & pelniluniis sit 15', 0". Perigææ verò 17'. 49". Si Lunæ apparens latitudo fuerit maior in coniunctione visibili, quàm vtriusque Luminaris ☉ ☽ Semidiameter, Luna de Sole nihil obscurare poterit. Sed si maior extiterit, ipsa tantam de eo portionem tegere poterit, quanta latitudinis, & aggregati ex semidiametris differentiæ congruet.

Itaque si in Apparente Synodo Solis & ☽, Latitudo ☽ visa fuerit minor 30'. 40", impossibile est Solẽ non occultari à Luna. Si verò eadem Latitudo maior fuerit 30'. 40": attamen minor 34'. 51", possibile est Solis particulam deficere. Sin autem excesserit 34'. 51", Sol non obscurari poterit.

ΕΠΙΣΑΓΜΑ

Ad Deliquium Solis, etiam hæc 3. concurrere necesse est.


1. *Vt sit Luna iuncta Soli in eodem gradu Ecleiptica.*
2. *Vt sit Luna in Ecleiptica, vel quamproximè illam ambiat.*
3. *Vt sit illa in ☊, vel ☋. Capite vel Cauda Genzaharis, seu Draconis, vel propè: aliàs altero horum deficiente,* Solis *Deliquium expectandum non est.*

Vel si Luna distantia à Nodis ☊ ☋, in Boream, secundùm Ptolemaum, fuerit 20. graduum, 40'. scrup. aut in Austrum 11. grad. 20'. minutorum scrupul. vel etiam minor, poßibile est vt ☉ deliquium patiatur in ἡμισφαιρίῳ sui globi. Qua distantia à Nodis vltrà, vel citrà, antè, vel pòst, secundùm, & contra seriem Dodecatemoriorum Zodiaci in Ecleiptica intelligenda est. Quod erat demonstrandum, & obseruandum in Ecleipsibus Solaribus.

HACTE-

HACTENVS QVAE ASTRONOMICA (quæ in CONCRETO, *Astrologiæ subiecto versantur) ad tam insigne* SOLIS *Deliquium, (descriptis nempe tempore, motibus, arcubus, lineis, circulis, locis, & punctis, cum oculari demonstratione, ac perspicua eius declaratione) spectant.*

PORRO QVALIS SYDERVM constitutio, cœli status, & positus fuerit ad Latobricorum ὡρίζοντα Lausannæum, pro medio DELIQVII ☉ *tempore, schema sequens cœleste euidenter ostendit.*





ASTRONOMICI CONCRETI ASTROLOGICVM ABSTRACTVM, SEV ΛΟΓΟΣ.

De potentia occulta, sed efficacissima positus nempe syderei, & constellationis præcedentis ad medium ⊕ Deliquij temporis eiusmodi esse potest.

DOMINIVM huius Eclepsis ♀ Veneri competit vnà cum ♃ Ioue duabus fortunis, quas vocant. Ea enim signo Eclepsis ♎ Libræ dominatur. ♃ verò in gradu ⊕ sibi Terminum vendicat. Quare horum duorum Planetarum respectu iudicium de effectibus Astrologicum, ex eorum habitu, & positu statui potest.

PRIMÒ igitur ♀ præcipua Domina in suo Detrimento repedat, signum ♏ Scorpionis venenosum, subdolum, mendax, & falsum occupans, iuncto ☿ Mercurio Androgeni, versuto, & ambiguo, vel bilingui, qui à ♂ Marte ex propriis domiciliis receptus, nulla alia Essentialium Dignitatum præditus est, nisi quòd per accidens in 9. domo cœlesti Veneri iungitur. Ea autem læditur ⚹ Sextili radio sinistro à ♂, vt & ☿ ipse socius è ♍ Virginis signo longarum Ascensionum, malo aspectui æquiparato: ac dominium habet in 4. & 9. cœli domum. Malè igitur partim afficitur, partim debilis est.

DEINDE, ♃ socius in Dominio, in Casu suo reperitur, in 12. domo cacodæmone scilicet, collocatus. Verumtamen in suis Terminis, ac in Quadrato Solis perfecto existit. Dominator verò 2. 11. & 12. domib. Longè ergo, ac latè dominatur malè affectus ♃. Proinde vterque horum Dominorum vitio debilitatis laborare ex his perspicuum est.

Ex EORVM itaque situ, positu, affectu vitiato, contaminatione locorum suorum, & dominio, iudicant Astrologi periti Veneficia, & incantationes diabolicas, propter Scorpionem. Detrimentum deinde, vel immaturitatem, seu putrefactionem terræ fructuum colligitur ex abundanti pluuiarum & imbrium copia, & frequentia, ob ♀ detrimentatam in ♏, aqueo

signo

ſigno,& quartæ domus, quæ ♉ Taurum ſignum terreum occupat,& fructuum, pratorum, vinearum, & fodinarum, metallorum,bonorum denique immobilium,ac omnium rerum exitus, & finis ſignificatrix eſt,imperium ſibi vendicantem.

♃ Iupiter verò cadens ab angulo in 12. infortunio affectus, & collocatus Eccleſiaſticorum,& Iouialium fraudes occultas, inſidias,damna,multos,varióſque caſus,& infortunia inter eos, aut eorum cauſa, vel per eos ex 12. domus ſignificationibus, pote ex libidine,ſcortis,incantationibus, aut ab equis, & maioribus animalibus, &c. portendere videtur.

Deinde ex eius receptione à mutuis domiciliis à ♄ Saturno, ſene fraudulento,verſipelli,& inuidia maliciâq; inueterato, proditore,ac hoſte ſubdolo,in 11.domo,amicorum,bonæ ſpei,fauoris & beneuolentiæ bonorúmque conſiliorum ſignificatrice, collocato,Fallaciæ miræ,ſubdolæ,aut fucatæ amicitiæ, deſperationes, ſeu ſpei fruſtrationes ab amicis expectandæ, proditoria conſilia, verùm etiam ſcortationes inter Iouiales, vel Nobiles inſigniter notantur.Statum denique calamitoſum,inimicitias acerbas,carceres,arreſtationes,ac pauperem animi,& corporis,rerúmque Iouialium religioſis perſonis ſtatum:ac neſcio quid præterea aduerſi quantùm ad pecora,equos,boues, & maiora animalia attinet portendere,& ſignificare ♃ videtur.

Præterea cùm 8.domus ſignum humanum ♍ Virginis poſſideat,quod à ♂ Martis præſentia inficitur vredine, atque ex □ Quadrato ♄ Saturni dextro aſpergitur veneno peſtifero,pronuntiant Aſtrologi anno ſequente 1606. mortales morbos ex veneno, Mortis periculum, vel res triſtes Solari cuidam, vel magno Monarchæ veterato,ac Saturnino,ex Sole in 8. domum immerſo,mortis,ac funerum denunciatricem,prope ☊ Genzahar,caput Draconis mortiferum, in ſuo Caſu ♎ ſigno, ac in ⚹ dextro fortiſſimi,♄ Saturni.Item,& Lunaris,vel Nobilis Matronæ interitus periculum notatur ex ☽ cum ☉, quam ſimul cum ☉ Saturnus falce ſua peſtifera pulſat,inuoluit,ac perſtringit. Quæ duo Luminaria iúcta Iupiter præter id adhuc ſiniſtris,ac pernicioſiſſimis 12. domus ſignificationib. Quadrato radio ſauciat,ac peruerſè lædit.

Mirabile denique quidpiam cauſa defunctorum Potentis alicuius regio ſtemmate nati,ſeu hereditatum Regiarum ex mortuis accidere poſſe ☉ in 8.domo deficiens portendit, ac minatur.

Caueat ergo,ac proſpiciat ſibi Rex, aut regius quiſquis ille ſit de regio ſtemmate natus: Caueat & ſibi Regina, vel

Nobilis matrona, nobili, & regia de stirpe ac sanguine nata, sub primo Zodiaci Quadrangulo, vt ille natus Rex etiam sub eo Quadrangulo cœli primo subiacens, ab Ecclesiastici κακοδαίμονες, seu falsi Prophetæ subdoli, & proditionis affectu dudum præditi, ac inueterati veneno, aut etiam gladio venenato: ab vtraque parte, & in vtraque sorte caueat, & seriò sibi prouideat.

Etsi verò Gubernatores huius horrendi Solis Deliquij Fortunæ ipsæ reperiantur, & sint quæ per se fausta, & prospera non nisi significare, aut ea prædicta mala saltem lenire deberent, Tamen alter eorum in Casu, & 12. infectus, à ♄ regitur ei cum dominatur: alter verò in Detrimento, ex ✱ sextili radio à ♂ Domino suo læsus, & sauciatus, ac in falsitatis, & proditionis signo reperitur. Quare virtus eorum lenitiua euanescit, adeò vt quæ mala decernunt per se, & per accidens grauia non nisi, & imbrium instar peruersè irruentium, manere possunt.

Insuper Martis miscuæ virtutes hîc prætereundæ non sunt. In septima enim collocatus, & de signo ♏, quod ♂ possidet, disponens, ac proinde de ♂ ipsa gaudens in signo ♍ humano, cuius ☿ dominium habet, ac proinde de ♂ disponens reciprocè, Furores populi, bellicos motus, & tumultus: Ventris præterea, & renum dolores, dissenterias, febres tertianas, & quotidianas, Fures, incendiarios. In iure ciuili frequentes altercationes, dissensiones, & disputationes acerbas, verbera, & digladiationes inter consanguineos violentas, & mortiferas; ac latrocinia: Libidines in matrimoniis, & scorta plæraque, seu rabiem muliebrem, luxuriémq; vbiq; præsignare hic malus Planeta videtur.

Sed præter hæc coniunctio illa Luminarium ☉ ☽ Ecleiptica in aëreo signo ♎ ventoso consideranda est. Collocatio item dominantis ♂ in aquatico ♏ cum ☿ στίλβοντι, versatili, subito, violento velocique Planeta iunctæ. Talis enim dispositio συνοδικὴ non nisi ventorum Meridionalium concursus inordinatorum, ac impetuosorum, cum pluuiis, imbribus, fulgore, & grandine mixtim, ex efficienti causa ♃, Ioue scilicet in Capricorno violento signo, terreo, frigido, sicco, Sextili ad eam Venerem radiante, & ex Saturni etiam Sextili ad ☉ & ad ☽ radio partili, & promissore, promittere, & vibrare potest. Qua ratione vites, segetes, arbores, fructúsque terræ immaturi flagello illo iræ DEI ne lædantur verendum est. Mala quippe est hæc cœli superior ☉ Ecleipsis facies, mala constitutio Ecleipticæ συνόδου: mala denique collocatio, & habitus Dominorum, & significatorum eius.

Item

Item cùm hæc Luminarium magnorum copula fiat cum stella illa fixa Azimech: quæ est naturæ ♀, cum participatione ♂ Martis, primæ magnitudinis in ipso 19. gradu ♎ in quo ☉ deficit lumine suo. Deinde cùm in figuræ cœlestis cardinibus illustres, & primæ, & secundæ magnitudinis stellæ reperiantur, Id legum diuersarum, veterúmque permutationes ex authoritate Potentissimorum Monarcharum, ac Principum, Regúmq; mandato strictámque obseruationem nouarum legum in facto Religionis præ se fert, & indicat: Æthica enim significatio est, eò quòd Æquinoctialia Dodecatemoria, qualia sunt ♈, & ♎, sactorum, & Religionis cultum denotant. Fortes etiam & violentæ stellæ fixæ, quales sunt Caput Algol, Aldebaran, Hercules, & Antares, &c. violentiam, & iuris adstrictionem adhibent, nec non delinquentium, seu in leges, & ius peccantium, punitionem manifestam, & exemplarem, strangulo, & capitis plexu significant.

Adde quod Domina ♀, iuncta ☿ in 9. religionis, pietatis, longorum itinerum, somniorum, diuinationum, liberaliúmque artium, literarum ac studiorum significatrice, naturam ♂ suscipiens ex receptione mutua domiciliorum, & ⚹ Sextili radio læsa, falsas literas, earúmque missiones, deceptiones, & interceptiones epistolarum, & scriptorum à furibus, & pyratis, seu prædonibus, & latronibus. Monetas item, & sigilla, vel monetarios, & sigillorum artifices falsatios, granorum, & pactorum, matrimoniorum etiàminter confœderatos, cupri, & argenti &c. corruptionem, & falsificationem, ex ♀, & ☿ violentatis, & falsificatis, siue corruptis, & vitiatis in ♏, significare videtur sub tempore virtutis & potentiæ ineuitabilis, ac diræ huius horrendæ ☉ Ecleipsis, suo loco; ex Directionibus suis expectandæ, & ipsa experientiâ comprobandæ.

EXEMPLA SIMILIVM effectuum Deliquiorum Solarium, qui in sensus nostros à paucis annis in hisce Libræ, primo Zodiaci Quadrangulo partim subiectis regionibus inciderunt.

ANNO τῆς ΧΡΙΣΤΟΓΟΝΙΑΣ 1591. Iulij 10. die accidit hora 3. Post Meridiem ☉ Ecleipsis satis parua in 8. domo cœli. ♀, & ☿ in 9. vt in hac anni 1605. Ecleipsi; ac eodem

enim, inquit, corrumpit, Pestem suscitat, & annonam flagellat, carámq; reddit. Quod ita tamen intelligendum, Si non in toto, in aliqua tamen parte significationis accidere posse.

Item Anno 1596. accidit Ecleipsis ☽ in 3. Decano ♎, die 2. Aprilis tertia parte globi sui obscurata. Quid verò minitata sit, recenset idem *Proclus*, *Fames* scilicet, *& atrocissimas ægritudines, morborúmque pestes mortalibus ingruere, vt obseruarunt Astrologi.* Quod sequenti anni 1597. & 1598. accidit, Pestis scilicet in his Heluetiæ proximis regionibus sub ♎ tamen adhuc in parte subiacentibus.

QVÆ cùm ita sint, & olim prædicta, ac suo (etiamnum intra paucos annos) tempore, vt iam ante multa secula manifestata, & experientia comprobata, possumus etiam talia colligere, & inferre ex eodem famoso Astronomo super ☉ & ☽ Ecleipses huius anni 1605. aliis multis in rebus conformes, quales nempe effectus in genere decerni ab illis possint.

CVM itaque anno hoc 1605. ac 24. Martij die hora 8. post Meridiem Deliquium ☽ in tota ferè globi sui περιφέρεια in gradu 14. ♎, vel secundo decano signi Libræ (cui subiacent Sabaudia, & Delphinatus, & aliæ prouinciæ) accidat, vitiliginis omnibus perniciosam esse portendere, & significare videtur ex *Procli* sententia.

Secundò, eodem anno 1605. die verò 17. Septembris hora 5. manè, ☽ in primo decano Arietis, & in 7. domo cœli, & 8. Digitis seu punctis Ecleipsans, *Febres, ædium incendia, combustiones nemorum, ac aëris siccitatem* designare posse, ait *Proclus*. Expertum enim est Luminarium Ecleipses in signis igneis ♈ ♌ ♐, concurrente ♄ & ♂ cum stellis fixis, magnos, diuturnos, ac perniciosos æstus excitasse, ita vt magna flumina aquis calore absumptis tuta transeuntibus vada præbuerint, & mediocria prorsus exsiccata fuerint, syluæ à radiis Solaribus accensæ conflagrarint, & crebra in multis Germaniæ & Bohemiæ locis incendia fuerint. Contrà verò contingentibus Ecleipsibus in signis aqueis ♋ ♏ ♓, depræhensum est humiditates auctas esse, imbrium magnam frequentiam cecidisse, & exundationes inusitatas, ac diluuia fuisse, vt anno 1598. ex Ecleipsi ☉ teterrima in 16 Piscium ♓, die 25. Februarij hora 10. ante meridiem quæ apparuit.

Tertiò, ☉ deficiens in signo ♎, & in 2. decano ferè toto suo corpore, *Magni cuiusdam*, inquit Proclus, *Regis*, vt antè dictum est,

mortem, seditiones, & famem præsignificare potest. Hæc Proclus.

Cyprianus Leouiticus in suis Ephemeridibus super Reuolutionem anni 1605. hanc sententiam, & iudicium affert, cùm ait, *Nescio quo fato fiat, vt tot Ecleipses magnæ, potißimùm Solis intra paucos annos accidant. Vnde non nisi grauißima, & calamitosißima quæque denunciantur. Fortaßis hæc erunt illa postrema tempora, quibus charitas, ac pietas refrigescent, veritas, & iustitia opprimetur, omniáque tumultibus, & seditionibus permiscebuntur, singuláque præpostero ordine gerentur. Hinc tandem nihil aliud, nisi labefactatio, & ruina communis societatis, & tranquillitatis expectanda erit.*

Item super Reuolutionem anni sequentis 1606. idem *Leouitius* sic ait, *Sub tempus huius reuolutionis mundi effectus horribilis illius Ecleipsis Solis incipiunt, quæ anno superiori contigit. Constat verò multis seculis antè maiorem conspectam non esse, neque etiam multis seculis post conspectum iri. Erunt igitur tenebræ medio die. O Reges, & Principes, sub sydere Libræ, & Arietis nati. Item prouinciæ, ac ciuitates primo Quadrangulo subiecta, signóque Scorpij vobis plurima, & grauißima mala portendi videntur, vobis inquam extremæ calamitates imminebunt: Denique ad duos reliquos annos vsque antedictæ Ecleipsis Solaris effectus durabunt.*

Quæ igitur ciuitates, & prouinciæ primo Quadrangulo, & secundo Zodiaci subiacent. Quíque locum ☉, & ☽ & 5. aliorum Planetarum, vel Medij Cœli, Partis Fortunæ ⊗, & Horoscopi, in 18. gradu 54. minut. vel in 19. ♎ ♐ ♈ ♋ absque vllo graduum interstitio habuerint in natiuitate, aut reuolutione, ij potissimùm sunt, quibus mala hæc, & sinistra ventura præsignantur, & portenduntur ex omnium Astrologorum sententia.

DEVS Opt. Max. Pater Domini nostri IESV Christi, Pater misericordiarum, Syderum Creator, cœli machinæ solus Rector, conseruator, ac omnium rerum & cœlestium, & terrestrium summus dispositor, Benignitate, & bonitate sua summa, cum incomparabili, incomprehensibili, & infinita Misericordia, ea mala, quibus nobis minatur quamproximè ex ira sua, propter peccata nostra nefanda, accensa, & meritò excitata, ab elementari mundo, rebúsque omnibus elementatis pro voluntate sua auertere, vana, irritáque reddere dignetur, ad sui gloriam, & salutem nostram.

Cui omnis Potentia, Sapientia, & Imperium omne cum Laude, & Gloria sempiterna sit in secula seculorum. AMEN.

POTEN-

POTENTISSIMÆ VIRtutis Deliquij huius ☉ temporis ἀναφοφορία.

SEMINOCTVRNVM tempus ex Tabula Quantitatis dierum cum gradu ☉ sub Polo 46. grad. 36′. excerpitur, adhibita correctione propter 36′. gradibus 46. Poli adhærentia, Horarum 6. minut. 32′. quod tempus etiam Ortum ☉ ostendit, die 2. Octob. Iam hoc tempus à 12. horis sublatum, remanent 5. horæ, 28′. pro Solis Occasu, aut pro tempore Semidiurno ☉, Quod Semidiurnum tempus duplatum dat 10. horas 56′. minut. pro tempore integro diurno secundi diei Octobris, quo nobis opus est ad hanc ☉ Ecleipsim.

Habito igitur hoc tempore integro Diurno. Video quot horæ, & minuta sint ab Ortu Solis in ☉ Ecleipsis tempus vsque apparens, & locum: demptis à 2. hor. 16′. minut. temporis apparentis συνόδȣ Luminarium, 6. hor. 32. minut. Ortus Solis, per additionem 12. horarum duabus horis 16. minutis: hoc est à 14. horis 16′. minutis, & remanent 7. horæ 44′. min. temporis pro Interuallo, quod erit inter Ecleipsim ☉, & Ortum Solis, seu Horizontem Ortiuum, qui omnium rerum Principij Index, & Significator super terram ab Astrologis dicitur.

Per communem itaque logisticem pars ⚹ ἐπιβάλλοντος tempori Vero Initij effectuum congruens sic eruitur, & assumitur. *Horæ 10. min. 56′. dant 365. dies, hoc est annum; quantum 7. hor. 44′?* Ratione horum trium numerorum proueniunt 250. dies. Qui à die ☉ Ecleipseως; à die scilicet 2. Octobris antrorsum numerati, perducor ad diem 9. Iunij anni sequentis 1606. Quo die Solis Ecleipsim hanc effectus suos inchoaturam pronuntiant Astrologi in Lemanno Meridiano, ac circumiacentibus aliis.

DVRATIO EFFECTVVM huius ☉ Defectus mirabilium QVANTA sit.

CONSIDERATIO ad hoc erit, Quantum sit integræ Durationis temporis Ecleipseως. Quæ cùm suprà annotata sit 2. horarum 34′. minutorum, pro singulis horis sumuntur 2. anni integri. Deinde pro 34. minutis horis 2. adhærentibus sic per ἀναλόγιαν pars congruens illis assumitur.

I.

60. min. vel 1. hora dant 365. dies. quantum dabunt 34'. minut.? Ratione horum trium numerorum producuntur 206. dies, exactè 34'. minutis correſpondentes : Hoc eſt, poſt duos annos ſuperſunt adhuc 206. dies, vſque quò ſuos effectus hæc ☉ Ecleipſis extendere, & manifeſtare poterit. Eos igitur 2. annos, & 206. dies vbi à die initij effectuum, à 9. ſcilicet Iunij anni 1606. antrorſum numero, perducor ad 1. diem Ianuarij veteris Kalendarij ſtylo, anni ἀπὸ τ̃ Χριστογονίας 1609. quo Ecleipſim SOLIS propoſitam Effectus ſuos finituram eſſe Aſtrologi ſtatuunt.

Vt autem reductio temporis effectuum huius Deliquij Solaris ad alios Meridianos fiat, Notandum erit.

			Dies.	horæ.
In hac Ecleipſi ☉ differentiæ Meridianorum	1. *horæ temporis*	*reſpondere*	32.	19.
	30. *minut.*		16.	10.
	15. *minutorum*		8.	5.
	5. *minutor.*		2.	18.
	1. *minuti temporis*		0.	13.

E X E M P L V M

reſpectu Occidentaliorum Meridianorum.

DIFFERENTIA Meridiani Lauſannenſis à Lugdunenſi Meridiano, vt colligitur ex Catalogo ſuperiori Differentiæ Meridianorum Orientaliorum, & Occidentaliorum quarundam vrbium, & oppidorum inſigniorum Heluetiæ, & Galliæ, à Meridiano Lauſannenſi diſſidentium, eſt 12. minutorum horæ Æquinoctialium. Cum hac igitur differentia colliguntur cum 5. minut. differentiæ 2. dies 18. horæ, quæ duplatæ conſtituunt cum diebus 2. dies, 5. & 12. horas. Deinde pro 2. minutis, quæ adhærent 10. minutis differentiæ Meridianorum, colliguntur per 1. minutum, 13. horæ, quæ deinde duplatæ conſtituunt 1. diem cum duabus horis. Hæc iam tempora in ſummam collecta, producunt 6. dies 14. horæ, hoc modo,

			Dies	Horæ.
Pro	5'	*minutis reſultant*	2	18
	5		2	18
	1		0	13
	1		0	13.
Ergo 12. mi. differētia reſpōdēt			6	14.

Subtra-

Subtractis itaque his 6. diebus 14. horis ab initio, & fine effectuum Solaris Deliquij, ob Lugdunensium à Lausannensi Meridiano Occidentalitatem, qua fit, vt non tot horas numerent, quot Lausannæ numerantur, minùs nempe 12. minutis horæ, Effectus propositæ huius Ecleipsis ☉ initium sument, in Meridiano Lugdunensi, die 3. Iunij anni eiusdem 1606. veteri stylo Calendarij: ac die 26. Decembris 1608. Iuliano, vel 5. Ianuarij 1609. stylo Gregoriano, exitum sortientur. Sic de aliis Occidentalioribus Lausannæo Meridiano locis, & ciuitatibus agendum est.

EXEMPLVM
respectu Orientaliorum.

TIGVRVM à Lausanna 6. minutis horæ temporis quia distat, 6. minutis in hac ☉ Ecleipsi respondent 3. dies. 7. horæ, quæ quæ colliguntur primò per 5. minuta, deinde per 1. Quod tempus interualli additum initio præscripto, ac fini huius Deliquij ☉ effectuum, eò, quòd plura nostri Meridiani respectu minuta horarum temporis numerant 6. nempe minuta horæ, procreatur Verum initij, ac finis, seu exitus effectuum tempus. Initium ergo sument in Tigurensi Meridiano tardiùs quàm in nostro Lemanno, nempe 12. Iunij die eiusdem 1606. anni, ac ad exitum perducentur die 3. Ianuarij anno 1609. Sic ad alios Orientaliores Meridianos cum differentia eorum à Lausannensi cognita Effectus huius teterrimi, & incomparabilis Solis Deliquij cum nullo antè, & porrò reduci possunt. Quod erat declarandum. Atque hæc de ECLEIPSIBVS SOLIS.

IOEL. 2. 31.

SOL in tenebras, & LVNA in sanguinem conuertentur, antequam magnus, & terribilis dies IEHOVÆ *adueniat.*



ΕΠΙΛΟΓΙΣΜΟΣ

ΤΗ͂Σ ΨΗΦΟΦΟΡΙ'ΑΣ DELIquij Lunaris, quod 17. die manè mensis Septembris anno ἀπὸ τῆς ΧΡΙΣΤΟΓΟΝΙ'ΑΣ 1605. accidit.

MEDIAE ΠΑΝΣΕΛΗΝΗΣ *temporum* ἐποχῶν ΣΥΝΑΞΙΣ.

		Dies.	hor.		
ἘΠΟΧΑΊ	1600. *annorum*	6	19	14'.	32''.
	4. *annorum*	14	0	1	24
	9. *mensium*	6	18	7.	35
	Collectio radicum.	27	13	23	31.
	Conversionis opposit. med.	44.	7.	6.	5. *radix.*
	Collectio radicum.	27	13	23	31
	Tempus mediæ πανσελήνης	16.	17.	42	34.

Die igitur 16. elapso, & media nocte sequente finito, cum 17. horis 42'. minutis 34''. (hoc est 5. horis post Meridiem 17. diei) à media nocte præcedente initium trahentibus, & 42'. 34''. absolutis, fuit Regij Montis Prussorum incolis Media Luminarium oppos. hoc est Medium Plenilunium. Lausannensibus verò per reductionem temporis, vt suprà iam factum, & demonstratú est, fuit 17. die Septembris, hora 4. min. 31'. 34''. vespertina.

ΕΠΙΣΑΓΜΑ.

De mediorum motuum cœlestium STATV *ad Mediam* πανσέληνον *Prussorum, eiusmodi tum fuit.*

	Sexa.	grad.			
Præcessio Æquinoctij VERNI *æqualis*	0.	27.	55'.	57''.	50'''.
Anomalia Æquinoctij simplex.	2.	55.	1.	5	0

Simpli-

	sex. grad.				
Simplicis Solis motus	1.	37.	54'.	11''.	44'''.
Anomaliae Solis annua aequalis motus	1	25	39	28	29
Longitudinis ☽ à ☉ simplex motus.	2.	59.	59.	59.	54.
Anomaliae Lunae aequalis motus.	5.	4.	53.	40.	0
Latitudinis Lunae simplex & aequ. mot.	1.	25.	50.	42.	27

CVM *autem idem sit huius πανσελήνης ψηφοφορίας modus, qui mensis Martij superior est, Veri motus coelestes, & temporum Interualla, tum* Προσθαφαιρέσεις *centrorum, & epicyclorum, anomaliarúmque motus, tum etiam Vera loca Aequinoctij* VERNI, *Luminarium* ☉ ☽ *ab apparenti Aequinoctio, cum Genzahare, seu Nodo Euehente, caeteráque ad hanc* ☽ *Ecleipsim necessaria simpliciter post calculi rationem eiusmodi sunt, vt sequuntur.*

	Sexag. grad.				
Duplex Anomalia Aequinoctij verni,	5	50	2'.	10''.	0'''.
Προσθαφαίρεσις *Aequinoctij,*			12	21	12
Aequalis motus Praecessionis aequinoct.	0.	27.	55.	57.	50
Προσθαφαίρεσις, *vel aequatio Aequinoct.*			12	21	12
Vera Praecessio Aequinoctij Verni	0	28	8	19	2
Simplex anomalia Aequinoctij Verni,	2	55	1	5	0
Προσθαφαίρεσις *Centri* SOLIS,		0	44	15	
Anomalia Solis annua simplex,	1	25	39	28	29
Coaequata SOLIS *anomalia,*	1	26	23	41	29
Προσθαφαίρεσις *orbis* ☉ *aequata,*		1.	50.	11.	0
Minuta Proportionalia,			0.	8	0
Excessus, seu diuersitas diametri,			32.	25.	0
Pars ἐπιβάλλον *minutis proportionalibus congruens de excessu addenda,*				4.	0'.
Προσθαφαίρεσις *orbis* ☉ *absoluta,*		1.	50.	15.	0
Anomalia ☽ *aequalis, & simplex,*	5	4.	53	40	0
Προσθαφαίρεσις *1. Epicycli* ☽ *adiect.*		3.	51.	0	
Προσθαφαίρεσις *orbis* ☉ *absol. ablat.*		1	50	15	0
Iuncta προσθαφαίρεσις ☉ ☽.		5.	41.	15.	0

Summa harum ☉ & ☽ προσθαφαιρέσεων, est arcus Ecleipticae, quem ☽ certo temporis Interuallo à Media scilicet ad veram, vel

à Vera ad Mediam Solis Oppositionem perambulatura est, quod Interuallum perquiritur.

Quando autem προσθαφαίρεσις ☉ & ☽ non sunt eiusdem speciei, sed altera earum est adiectiua: altera verò ablatiua, præcedit id Luminare, cuius προσθαφαίρεσις est ablatiua tantum, quanta est ambarum προσθαφαιρέσεων summa.

Atqui æquatio Solis orbis absoluta est ablatiua. Ergo SOL præcedit tempore Mediæ Πανσελήνης Lunam, ac proinde Luna sequitur Solem secundùm seriem Dodecatemoriorum; hoc est iam ☽ transiit, & euecta est à Solis diametro vera tantum, quanta est vtriusque προσθαφαιρέσεως summa, nempe 5. gradibus 41'. 15". Ecleipticæ.

Ex quibus perspicuum est, Tempus Veræ Πανσελήνης Ecleipticæ, tempore Mediæ oppositionis prius esse: ac proinde Interuallum temporis, quod intercedit inter Veram, & Mediam Oppositionem ☉ ☽ à tempore Mediæ oppositionis subtrahendam esse.

ANOMALIA itaque ☽ simplex cùm sit 304. grad. 53'. 40". Motus ☽ HORARIVS erit 28'. 10". Iam per ἀναλογίαν logisticæ rationis Interuallum sumptum erit hoc modo,

28'. 10". dant 60'. hoc est 1. horam, quantum arcus 5. grad. 41'. 15". iunctarum προσθαφαιρέσεων ☉ & ☽? Dabit 12. hor. 6'. 55". Quæ subtrahenda sunt à tempore mediæ πανσελήνης, quia Veram Oppositionem Luminarium præcedit.

	Dies	hor.		
Mediæ opposit. ☉ & ☽ tempus	16.	17.	42'.	34".
Interuallum mediæ, & Veræ		12	6.	55
Tempus Veræ Πανσελήνης	16.	5.	35.	39.

ΣΥΝΑΛΛΑΓΜΑ

Veri in apparens tempus oppos. ☽ ☉.

AEQVATIO temporis cum gradu ☉ sumpta, & æquata ex tabula dierum ciuilium Origani addenda tempori Veræ Πανσελήνης exit 15'. 18". Vnde Tempus apparens Veræ Oppositionis Luminarium est 5. hor. 50'. 57".

AT, cùm Solis motus Compositus ex Tabulis Prutenicis ad tempus veræ πανσελήνης sit 3. Sexag. 5. grad. 18'. hoc est 185. graduum 17'. 59".

Et ascen-

Et aſcenſio recta veri loci Solis 183. grad. 23′. 41″. ad hoc Plenilunij Ecleiptici tempus. Sublatis ergo quæ ſunt prioris temporis, nempe Epochis motuum, & aſcenſionum rectarum, quæ ſunt ad initium annorum Chriſti, à poſterioribus hiſce motibus, qui ſunt poſterioris temporis, & collatione facta differentiæ eorum, remanet Exceſſus, ſeu προσθαφαίρεσις temporis addenda.

		Grad.					Grad.		
Aequales motus	*Oppoſit.*	185.	17′.	59″.	*Aſcenſio recta.*	*Oppoſit.*	183.	23′.	41″.
	Chriſti.	278.	2.	16.		*Chriſti*	279.	55.	33.
Differentia motuum,		267.	15.	43.	*Differẽtia aſcenſionũ*		263.	28.	8

ΣΥΓΚΡΙΣΙΣ
Differentiarum.

	grad.		
Aequalium motuum,	267.	15′	43″
Aſcenſionum rectarum,	263	28	8
EXCESSVS *eſt*	3.	47.	35. *motuum.*

Hoc eſt 15′. minutorum 10″. horæ vnius, quæ conſtituunt προσθαφαίρεσιν, ſeu æquationem temporis addendam Veræ πανσελήνης tempori ſuprà inuento, 5. *hor.* 35′. 39″.
15. 10.

Tempus apparens Veræ oppoſitionis ☉ ☽. 5. *hor.* 50. 49. *Pruſſis.*

Ex quo deinde 1. Hora 11′. minut. temporis differentiæ meridianorum demptis, reſtat tempus apparens huius πανσελήνης in Meridiano Lauſannenſi, Hora 4. minut. 39′. 49″. manè 17. diei Septembris à media nocte initium trahentibus.

ACQVISITVM

De mediorum motuum cæleſtium ſtatu ad tempus Interualli Veræ, & Mediæ Oppoſitionis luminarium, quod eſt 12. hor. 6′. 55″.

	grad.			
Simplicis Solis motus,	0.	29′.	48″.	53‴.
Anomalia ☉ *ſimplicis,*	0.	29.	48.	51.

	grad.			
Longitudinis ☽ *à* ☉,	6.	8.	45.	52.
Anomalia æqualis Lunæ,	6.	35.	12.	58.
Latitudinis ☽ *æqualis,*	6.	40.	11.	26.

Hi motus æquales, à motibus Mediæ Oppositionis ablati, vt debent,

ΠΌΡΙΣΜΑ.

De verorum motuum cœlestium statu ad veram, & visibilem ☉ *&* ☽ *Ecleipticam.*

	Sexa. grad.				
Præceßio Aequinoctij VERNI *simplex*	0	27.	55'.	57''.	46'''.
Anomalia simplex Aequinoctiorum,	2	55	1.	4.	29
Simplex Solis, & æqualis motus,	2.	37.	24.	22.	51
Anomalia Solis annua simplex motus,	1	25	9	39	38
Longitudo Lunæ à Sole æqualis,	2	53	51	14	2
Anomalia Lunæ simplex motus,	4	58	18	27	2
Latitudinis ☾ *æqualis motus,*	1.	19.	10.	31.	1.

	Sexag. grad.					
Anomalia ☉ *annua cùm sit*	1.	25.	9'.	39''.	38'''.	
Προσθαφαίρεσις *Centri* ☉,			44.	13.		*addenda.*
Coæquata ☉ *anomalia,*	1.	25.	53.	52.	38.	
Προσθαφαίρεσις *orbis* ☉ *absol.*		1.	50.	10.	0	*ablat.*
Duplex longitudo ☽ *à* ☉,	5	47	42	28	4	
προσθαφαίρ. *2. epicycli* ☽,		3	19	47	0.	*ablat.*
Anomalia ☽ *æqu. & simpl.*	4	58	18	27	2	
προσθαφαίρεσις *2. epicycli* ☽,		3	19	47	0	
Coæquata anomalia ☽,	4	54	58	40	2	
προσθαφαίρεσις *1. epicyc. absol.*		4	18	24	0	

Iam iunctæ ☉ & ☽ προσθαφαιρέσεις ostendunt Vtrum tempus Veræ πανσελήνης rectè, nec ne inuentum sit: Æquare enim debent medio motui, quem ☽ Interuallo mediæ, & veræ luminarium ☉ ☽ perficit.

	grad.			
Aequatio orbis ☉ *absoluta*	1.	50'.	10''.	*ablatiua.*
Προσθαφαίρ. *1. epicyc.* ☽ *absolut.*	4	18	24	*adiect.*
Iuncta προσθαφαίρεσις	6.	8.	34.	

Quæ

Quæ cùm paucis secundis scrupulis, 11″. scilicet à motu ☽ à ☉, interuallo Veræ, & Mediæ opposit. ☉ ☽ supra inuento, qui est 6. graduum 8′. 45″, differant tantùm, rectè institutum Veræ πανσελήνης Tempus esse pronuntiamus.

CONSECTARIUM

De statu, verisque locis ☉ ☽, & Genzaharis ☊. Nodi Euehentis ab apparenti Aequinoctio.

	Sexa.	grad.			
Simplicis, & æqualis motus Solis	2.	37	24′	22″.	51‴.
Προσθαφαίρ. orbis ☉ absoluta ablat.		1	50	9	
Verus motus ☉ ab Asterismo ♈,	2	35	34	13	51
Vera Aequinoctij Verni Præcessio.		28.	8.	19.	2.
Verus locus ☉ ab apparent. æquinoct.	3	3.	42.	32.	53
Aequalis, motus Longitud. ☽ à ☉.		6	8	45	52
Προσθαφαίρ. primi epicycli ☽ absoluta		4	18	24	
Verus ☽ à ☉ motus simplex;		10.	27.	9	52
Præcessio Aequinoctij Verni vera	0	28	8	19	2
Longitudo ☽ à ☉ media & simplex,		6	8	45	52
Lunæ motus simplex ab Asterismo ♈,		21	59	33	10
Solis æqualis & simplex motus,	2	37	24	22	51
Lunæ à ☉ mot. interual. Med. & Ver. oppos.	3	6	8	45	52
Motus ☉ & ☽ simplices iuncti simul,	5	43	33	8	43
Lunæ ab Asterismo ♈ motus simplex,	0	21.	59	33	10
Verus Lunæ per se motus æqualis		5	32	41	53
Προσθαφαίρεσις orbis Solis absoluta ablata,		1	50	9	
Verus locus ☽ ab appar. æquinoct.	0	3	42	32	53.
Simplicis Solis motus,	2	37	24′	22″	51‴.
Longitudo ☽ à Sole,	2	53	51	14	
Distantia ☽ à prima stella Arietis ♈.	5	31	15	36	51
Latitudinis ☽ æqualis motus,	1	19	10	31	
Distantia Borei limitis ab Asterismo,	4	12	5	5	51

	Sexag.	grad.			
Quadrans circuli ablatus,	1	30	0	0	
Distantia ☊ à prima stella ♈.	2	42	5	5	51
Vera Præcessio Æquinoctij VERNI		28	8	19	2
Verus locus ☊ ab apparent. Æquinoct.	3	10	13	24	53

Medius latitudinis ☽ motus est	1	19	10	31	1
προσθαφαίρεσις *primi epicy. absoluta adiect.*		4	18	24	0
Verus motus latitudinis ☽ erit	1	23	28	55	1
Vera ☽ Latitudo ab Ecleiptica.		0	34	1	0

SEPTENTRIONALIS
Descendens.

Semidiameter ☽ apparens	15'.	41".	*ad tempus Deliquij.*
Semidiameter Vmbræ terrenæ	42	11.	
Variatio Vmbræ κωνοειδέος.	0	24	
Semidiameter Vmbræ æquata,	41.	47.	
Summa Semidiametrorum,	57	28.	
Latitudo ☽ vera ad med. Ecleip.	34	1.	
Reliquum de summa Semidiametr.	23	27.	*Pars deficiens ☽.*
Tota verò Diameter ☽ erit	31	22.	
DIGITI *Ecleiptici*	8.	58'.	21".
Scrupula incidentiæ in Vmbr.	46	19	*motus ☽.*

Dimidia duratio Ecleipseos, ab initio ἐμπτώσεως, *nempe Contactus Lunæ, & Vmbræ Terrenæ.*

Horæ Minuta Secund.

1. 38'. 36".

TOTALIS DVRATIO.

3. 17'. 12".

Motus ☉ congruens dimidiæ durationi Ecleipsis,	4'.	1".	27'".
Scrupula incidentiæ, & moræ dimidiæ, add.	46.	13.	0.
Verus motus ☽ ab Asterismo Arietis,	50	14	27

congruens Tempori dimidiæ moræ.

Hic Verus motus ☽ à prima stella Arietis numeratus per se, & additus motui Latitudinis ☽ ad medium Deliquij ☽, vt suprà inuentus, & institutus est, motum latitudinis Lunæ ad initium verum dabit; ab eóque motu latitudinis ablatus, quia Vera Mediam

diam παραλλάξεως præcedit, motum latitudinis ☽ ad finem, & exitum Ecleipſews ☽ efficiet. Ex quibus deinde motibus Vera ☽ Latitudo tam ad initium, quàm ad finem venatur,

	Sexag.	gra.		
Motus verus latitudinis ☽ ad medium Defectus, vel 2. *Dodecatemoria* 23. *grad.* 28′. 55″.	1.	23.	28′.	55″.
Verus motus ☽ à prima ſtella Arietis ♈.		0.	50.	14.
Motus verus latitud. ☽ ad initium Ecleipſ. vel 2. *Dodecatemoria* 22. *gr.* 38. 41.	1.	22.	38.	41.
Motus verus latitudinis ☽ ad finem Ecleipſ. vel 2. *Dodecat.* 24. *grad.* 19′. 9″.	1.	24.	19′.	9″.


Latitudo ☽ igitur vera ad initium fuit	0.	38′.	26″.
Latitudo ☽ vera ad exitum Ecleipſews	0	29	41

SEPTENTRIONALIS
vbique Deſcendens.



ΔΙΑΓΡΑΜΜΑ


Defectus Lunaris: Sole constituto in media ECCENTRICI *sui orbis longitudine. Apparuit autem ☽ in tenebris terræ ecleipsata colore nigro, mixto pallido: item cinereo, ac cæsio fusco.*



EXPLICATIO huius Diagrammatis Ecleipseως ☽ cum superiori Lunæ conuenit, quæ ad Ecleipsim ☽ mensis Martij adhibita est. Quare ea huc referri quoque debet. Latitudines tantùm differunt, & variant: Quemadmodum enim ibi respectu Ecleipticæ versus Meridiem tendunt: ita hîc versus Septentrionem. Et quod ibi à parte superiori ☽ corpus ab Vmbra Terræ totum ferè obtegitur, hîc ab inferiori obscuratur.

Ex quibus etiam perspicuum est hanc πανσεληνην Ecleipticam habita ratione sui situs, & habitus ab Ecleiptica linea, seu Via ☉ b i a d c. *in hoc*

TYPUS OCULARIS DEMONSTRATIONIS DEFECTUS
Lunaris anni 1605. diei 17. Septembris stylo Iuliano.



Referendus est typus quadrantis magni ad ocularem Lunæ deliquij demonstrationem institutus, & hoc charactere † notatus ad paginam 93. in litera M 3

3

in hoc Typo per centrum Vmbræ terræ transeunte, CITRA ECLIPTICAM, versus Septentrionis plagam contigisse.

		Hora	Minut.		
Fuit ergo hui9 ☽ Defectꝰ partialis	Initium,	3.	1'.	39''.	ante meridiem.
	Medium seu Vera Opposit.	4.	40.	15.	
	Exitus,	6.	18	51.	

Anno 1605. { 17. die mensis Septembris stylo veteri, & Iuliano. 27. verò eiusdem mensis Gregoriana reformatione.

DECLARATIO ET EXPLICATIO

Ocularis demonstrationis, seu delineationis accuratæ Deliquij Lunaris Septembris, anni 1605. Omnium nempe circulorum, arcuum, linearum, & punctorum, quæ ad intellectum in Plano Quadrantis describuntur, ac delineantur.

Hûc autem referendus est *Typus Quadrantis magni* ad ocularem *Lunæ Deliquij* demonstrationem institutus, & hoc charactere † signatus.

PRIMÒ, *Litera, seu punctum in* a, *in angulo rectangulo, Terræ centrum, vel Mundi totius præse fert.* b *verò centrum Eccentrici Lunæ orbis repræsentat.*

Arcus d b e, *circa Mundi centrum, est pars circuli parui, qui transit per centrum Eccentrici, constituens orbis Lunæ Eccentricitatem, quam metitur linea* a e, *vel* a b.

Arcus orbis albi, & lati, litera E *designatus, est* 4. *pars orbis Eccentrici* ☽, *continens in sua spißitudine Epicyclum* ☽, *qui corpus* ☽ *in se affixum habet in ipsa circumferentia.*

Talis Epicyclus, vel orbiculus volubilis, corpus ☽ *affixum in se deferens describitur, ac repræsentatur literis* B g t s o, *pro constitutione Lunæ ad tempus Veræ Oppositionis Luminarium in puncto* o. *Eius centrum eius est in puncto* A.

Partes illæ nigræ super C & D, *sunt Deferentium Apogæum, & Perigæum Eccentrici partes.*

Albus, vel tenuis arcus, super quem y *litera notatur, Sphæram Lunæ toto ambitu cingens sub Ecleiptica, Aequantis ☽ circulum, motus omnes orbis ☽ æquantem præ se fert.*

Deinde arcus p g r f h *literis designatus, Ecleiptica est.*

Circulus niger exiguus, f o r s *notatus, qui in Ecleiptica, & super Ecleipticam centrum habet, Vmbra Terræ est, quam eiusmodi magnitudine necessarium fuit, quia aliàs pro quantitate sua descripta, respectu scilicet Diametri sui, quæ tantùm* 1. *gradus* 23'. 34". *Ecleipticæ tum temporis erit, vix Ecleipsis Lunæ in hoc Typo Quadrantis, ob exiguitatem nimiam, discerni posset, cuius Diameter visibilis, & apparens Tota,* 31'. 22". *hoc est paulò maior dimidio gradus vnius Ecleipticæ lineæ apparebit: ita vt hac tam exiguè depicta in plano, vix posse dignosci, & perspicuam esse, manifestum sit.*

Circuli illi exigui tres, Vmbram terræ ambientes super l o n, *☽ corpus ad initium in* l, *medium in* o, & *exitum in* n, *Deliquij ☽ ostendunt, versus Septentrionis latus apparentis: Luna perpetuò in sui Epicycli περιγείῳ existente, delata.*

Arcus super x *litera, est via latitudinis ☽ motus, transiens per corporis ☽ centrum, & Ecleipticam* p g r f, *accedens, ab eáque recedens, quam in ☊, Capite, & ☋ Cauda Draconis, quæ in* 10. *grad.* 13'. ♈ *est, & prope quam fit Deliquium.*

Arcus in Epicyclo, à B *litera, seu puncto ad corpus ☽ per* g t f o, *interceptus, est Coæquata ☽ anomalia, vel Argumentum verum, & æquatum.*

Linea A o, *est index loci ☽ in Epicyclo mobilis, centro Epicycli, veluti clauo affixus: vel est clauis ☽, per quam aperitur motus, & locus Lunæ in Epicyclo.*


Arcus verò γ δ *in Ecleiptica, seu Zodiaco exterioris partis Quadrantis, suis numeris, & signis distincto, Προσθαφαίρεσις, seu æquatio primi Epicycli Lunæ est.*

Denique linea a d t A B, *linea Medij motus Lunæ est. At linea* a c s o δ, *per centrum corporis ☽ transiens, est linea Veri motus Lunæ ad tempus Veræ, & Apparentis oppositionis Luminarium.*

Postremò Latitudo ☽ innotescit per se, ab Ecleiptica distans in hoc superiori typo. Punctum in Epicyclo B, *ad tempus Veræ opposit. est* A v x, *seu Ἀπόγειον Epicycli ☽, linea* a d t B *terminatum. At in puncto* B *Epicycli, linea* a z f B *finito, Avx est Eccentrici orbis, & Epicycli ☽ simul ad tempus Mediæ πανσελήνης, seu Oppositionis ☉ & ☽.*

CAELE-

Cæterùm omnium cœlestium motuum ad hoc Deliquium Lunæ pertinentium, vt & ad cætera omnia, definitiones, explicationes, & declarationes denominationum, & vocabulorum, in priori ☽ Defectu mensis Martij suprà demonstrantur, quæ hîc repetere non necessarium est.



QVALIS PORRO SYDERVM positus, & constellatio ad tempus Medij huius Lunæ Defectus fuerit, eam figura cœli præcedens euidenter demonstrat.

Atque hæc sunt, quæ in CONCRETO ASTRONOMIÆ *considerantur: Ex quibus, tanquam fundamento vero* ASTROLOGIÆ, *ratiocinatio, seu λόγος, & sententia Astrologica, ex Concreto ὑparάσ* ABSTRACTA *ab Astrologis erui potest.*

RATIOCINATIO, SEV
Enarratio Astrologica in positum sydereum, ac constellationem figuræ præcedentis cœli ad medium, & visum Lunæ Deliquium erectæ, eiusmodi est.

HVIVS Ecleipsis Lunæ Dominus est ♂ Mars bellicus, cui statim in dominio ☿ Mercurius versatilis succedit. Mars enim signo ♈ Arietis, in quo Luna deficit, imperat. ☿ Mercurius verò signum, quod tenet Mars, nimirum ♍ Virginem disponit, & in eius gradu sibi Terminum vendicat. Status autem, situs, & habitus horum ♂, & ☿ talis est.

♂ Peregrinus prorsus, omni Essentiali dignitate exutus in 12. cœli domo repedat: dominiúmque 8. domus, quæ mortis, ac funerum, dolorúmque multorum, &c. significatrix esse dicitur, sortitur: nec non & 3. domus, quæ breuia itinera, consanguinitatem, hospitalitatem, & literas, literarúmque studia, &c. significat.

☿ verò etiam Peregrinus censetur in figura, nisi quod in Triplicitate sua est: Sed, etsi in signo ♎ in quo versatur, sibi eam dignitatem vendicat, vires tamen eius ex fine signi infringuntur, & euanescunt. Verùm id boni habet, quòd in 2. domo collocatur, sed per accidens, ac ♀ Veneri iungitur: ac proinde cum bono bonus, bonorum etiam significationem ex incerto quandoque habere videtur: sed vanidam, quippe qui multa promittens verbis, impotens à promissis recedat, ac in fine signi ♎ valedicat. Manet ergo, & habetur tanquam Peregrinus eò loci per se, & secundùm se. Quicquid tamen id sit respectu horum duorum Planetarum, ac Significatorum, vicio peregrinitatis laborantium, Iudicium de effectibus Ecleipsis huius Astrologicum eiusmodi ferri potest, vt sequitur.

CùM locus Ecleipsis in 7. domum incidat, Bellum graue decernit: vel Aduentum crudelis hostis, ex ♂ crudeli in ☉ Solis exortu posito: cædes, mortalitates, funera ex peste serpente, ex ♂ in signo humano ♍ repedatione, ac prope Ortum in κακοδæmone furiente. Tumultus populares: Iras Principum, ex Imperio Mercurij in 10. domum, & ex ⚹ Sextili partiali eius ad Martem (cuius Alcocoden ☿ Mercurius est in figura) ob census pecuniarios, ac regios, ex ☿ in 2. domo collocato denotatos, & his inopinatas mortes,

mortes, vel carceres, ex Marte in 12. domo, 8. domus cœlestis imperium sibi vendicante.

Item morbos acutos, & biliosos, febres tertianas, sanguinis eruptiones, hæmorrhoides, violentos interitus, vt capitum plexus, iuuenum præsertim, eorúmque furum, latronum, homicidarum, incendiariorum; & latrocinia, Mars in 12. situs in genere portendere videtur.

Deinde Æstus, ventos tabificos, & siccos, sed pestiferos, seu nociuos, fulminum iaculationes, turbines, atq; siccitatem magnam in ♍ præ se fert, & per se affert. Cui adde testimonium 4. Planetarum, nempe ♄ ♃ ♂ ☽ in siccitate signorum ♈ ♍ ♐ ♑ positorum in cœlesti præcedente figura; ☉ item, & ♂ in calido, & humido ♎ signo cum ♀ Venere, & Capite Draconis.

Præterea subita naufragia facit, & aquas exsorbet, fontésque desiccat. Frumenta, & res terranascentes ad vsum necessarias pessundat, & pernicioso æstu deuastat, si anno præsit.

Denique domum 12. ♂ inficiens, & sic malum malo addens, generans, & adaugens: ac Luna, cuius dominus est, in 7. domo obtenebrata, Matrimonia vi, dolo, fraude, iniuria, per fas & nefas, incantatione, & arte Diabolica, seu fascinatione sub tempore huius Deliquij effectuum, ac potentiæ mirabili, pollicere certò videtur. Luna enim prope Caudam Draconis, effrenas libidines, scorta, & incestus, matrimonia corrupta, ac viciata, concubitus illicitos, & impuros cum impetu ruentes, ac nescio quid Diabolicum in summa denunciat. Cuius rei testimonium perhibet ♄ Saturnus 7. domum Quadrato suo sinistro radio feriens, ac inficiens, seu contaminans, & conspurcans calliditate, vitiositate, & effrena voluptate: Ac ♀ Venerem ipsam Sextili radio, imperfectæ amicitiæ: hoc est fallaci, in specie amicabili quidem oculo, eò quòd ♄ amica est, intuens à signis longarum ascensionum, Violentiam in consanguinitatis domo per ♎ signum violentum, ac ♂ violentatum cum lasciuia monstrat, & adfert.

Mercurius deinde velocissimus motu, Impetum his malis in signo violento, ac libidinoso cum ♀ Venere iunctus, pronunciare videtur. Luna verò in Ariete violento, voluptuosóque signo Voluptates violentas in fœmineo sexu, vel etiam inter plebem, hoc est effrenas libidines, cum ☋ Cauda Draconis confirmat: spurios multos parit: & in summa multa matrimonia voluptuaria promittit, vnde Diuortia præsignare inter Lunares filios, & filias videtur.

Configuratio præterea Mercurij, & Veneris cum Saturno è secunda domo cœli non hîc negligenda est. Rumores enim varios & incertos spargit. Thesauros aperit Principum. Consilia callida, ac profundæ, sed humanæ prudentiæ in specie quidem: at proditionis, fraudis, & imposturæ plena, ex ♄, in Magnatibus, iísque senioribus, cum fucatis amicitiis decernit. Verba item fraudulenta, mendacia, seruorum domesticorum rebelliones: filiorum inobedientiam erga parentes, ex dominio ♄ in 5. & 6. domos cœli, Mercurium, & Venerem vitiantis, ac fucatè intuentis è 4. domo, denunciat.

In summa ♂ Martis situs, & positus in 12. detrimenta, & iacturam in equis, bobus, & animalibus grandioribus, vitiáque in minoribus, ac domesticis quædam, oppositione sua super 6. domum: iis, quæ per 12. domum significantur, futura promittit.

Cæterum, etsi ☿ Mercurius Veneri ♀ partialiter iungitur, quæ quodammodo Fortunio suo vim, ac impetum Mercurij sedare posset: ac ☽ applicat □ Quadrato sinistro ♃ Iouis, libera ab Infortuniis ♄ ♂; Tamen, quia Peregrina ☽ est, nec ab vllo 5. Planetarum beneuolo aliquo radio illustratur: præter id, quod maiori sui corporis parte in Vmbram Terræ ea incidit, & obtenebratur, fit vt ea mala, vel pars eorum, quæ portenduntur, quæcunque illa sint, ab hac Ecleipsi leniri non possint. Quæ tamen non tam nobis, quàm populis Occidentalioribus accidere posse videntur, cùm Luna ad Occasum valdè, ac ita declinet, vt finis eius à nobis obseruandus non sit, quia adhuc obscura sub Horizontem nostrum cadet.

Quæ igitur Prouinciæ, regiones, ac ciuitates primo rursum Zodiaci Quadrangulo parent, iis antedicta mala denunciantur: ac significationes hæ sinistræ, partim iis hominibus, in quorum genituris, aut Reuolutionibus Planeta, stella nempe illa nociua admodum, ac intemperanter vrens ♂ Martis: aut Mercurius, vel etiam ☉ Sol, aut ☽ Luna, vel ⊗ Pars Fortunæ, vel Lunæ, aut medium Cœli, gradum 4. ♈ ♋ ♎ ♑, occupauerit: partim verò illis ciuitatibus, quæ Mercurio, & Virgini parent, ex Astrologorum DECRETO, & sententia applicari debent.

EFFECTUUM DELIQUII

Lunaris huiusmodi Temporis RATIO.

TEMPVS seminocturnum gradus Solis dat 6. horarum 6'. minut. Polo 46. grad. 36'. minut. Quod tempus etiam Ortum

tum ☉ eo die Ecleipseωs denotat, cuius Quantitatem cùm à 12. horis subtraho, remanent 5. horæ, 54'. minuta. Qui numerus Occasum ☉, & tempus Semidiurnum verum ostendit.

Iam tempus Semidiurnum, quo opus est ad hanc Ecleipsim Lunæ duplicatum, dat 12. horas 12. minuta pro Tempore Nocturno integro. Hoc itaque habito tempore integro nocturno, video quot horæ, & minuta temporis sint ab Occasu ☉ vsque in ☽ Ecleipsim propositam. Occasus autem ☉ suprà institutus, est horarum 5. minut. 54'. Ecleipsis verò fit hora matutina 4. minut. 40'. Demptis igitur horis prioris temporis, nempe Solis Occasus à posterioris temporis horis, Ecleipseωs nempe, producitur Interuallum temporis, quod inter ☉ Occasum, & Ecleipsim ☽ intercedit; assumptis 12. horis hoc pacto, vt sequitur:

	Hor.	minut.
Tempus apparens Ecleipsis,	4.	40'.
Hora assumpta,	12.	0.
Aggregatum horarum,	16.	40.
Aggregatum horarum Tempus Ecleipsis,	16.	40
Tempus ☉ occasus,	5	24.
Interuallum inter ☉ occasum, & Ecleips.	10.	46.

Hoc itaque sic tempore, quod inter hæc duo intercedit, parato, per ἀναλογίαν logistices communis pars congruens 10. horis 46. minutis temporis in directione temporis effectuum ☽ sic comparatur, & assumitur.

12. horæ 12'. nocturni temporis dant 365. dies, quantum 10. *hor.* 46'?

Ratione horum trium numerorum proueniunt dies 322. Quos cùm à die Ecleipseωs, à 17. nimirum Septembris antrorsum numero, perducor ad 5. diem Augusti anno Χριστογονίας 1606. Quo Ecleipsim ☽ hanc Effectus suos inchoaturam esse determino in Horizonte, & Meridiano Latobrico Lemanno, adiacentibúsque proximè locis.

DVRATIO TEMPORIS *Effectuum huius Deliquij* QVANTA.

TEMPVS totius durationis Ecleipseωs suprà notatur 3. horarum 17. minutorum. Sumuntur autem pro qualibet hora in Directionibus ☽ annuis 30. dies, vel vnus mensis datus. Produ-

cuntur ergo Effectus ad 3. menses. Postea, quot dies 17′. minutis adhærentibus horis 3. respondeant sic venantur,

60′. min. (id est 1. hora) dant 30. dies, quantum 17′. minuta?

Ratione ergo horum trium numerorum proueniunt dies 8. qui tribus mensibus superioribus additi, colliguntur in vniuersum 3. menses, & 8. dies, quibus etiam Effectus ☽ Deliquij duraturos esse pronuncio. Eos iam dies, & menses vbi à die initij Effectuum ☽, puta 5. Augusti antrorsum numero, perducor ad 13. diem Nouembris anni eiusdem 1606. quo Ecleipsim ☽ propositam Effectus suos finituram esse ex Astrologorum communi Regula, & iudicio, statuo, ac determino. Ita de omnibus Ecleipsium Lunarium Effectuum temporibus, eorúmque Initij, & finis terminis perquirendis, agendum est.

Vt autem reductio temporis effectuum huius Deliquij ☽ ad alios Meridianos fieri poßit,

			Hor.	minut.
In hac ☽ Eclei-	1. *horæ temporis*		28	14.
psi differentiæ	30. *minut.*		14	7.
Meridianorum	15. *minutorum*	*respondent*	7	3
Interuallo	5. *minutor.*		2.	9
	1. *minuti tẽporis*		0.	13.

EXEMPLA sumuntur reductionis Effectuum ad alios Meridianos in præcedenti ☽ Lunæ, vt & in Solaris Deliquii ψηφοφορίᾳ.

FINIS.

Δόξα ΘΕΩ͂ ἐν ὑψίστοις
ΜΟΝΩ.

ΕΠΙ-



ΕΠΙΛΟΓΙΣΜΟΣ
ΤΗ͂Σ ΨΗΦΟΦΟΡΙ'ΑΣ

SOLARIS ECLEIPSIS,

Quæ Anno ἀπὸ τῆς ΧΡΙΣΤΟΓΟΝΙ'ΑΣ 1607. die 1. mensis 12. Iudæorum, hoc est 16. mensis Februarij Iuliano stylo, ante meridiem accidet.

HORIZONTI LATOBRICO LEMANNO, *cuius Longitudo terrestris est 27. grad. 30'. minutorum: Et Latitudo 46. grad. 36'. minut. Borealis, Tabulis Prutenicis Astronomicis aptatus, & accommodatus.*

Ἐποχαὶ, *seu radices.*

		Dies.	hor.	min.	secun.
Ad	*Annos completos* 1600	6	19	14	32
	Annos præterea 6	5	17	40	5
	Mensem completum 1	1	11	15	57.
Collectio dierum, &c.		14.	0.	10.	34.

Hoc tempus ab vna conuersione, seu Reuolutione periodica Lunari subtrahendum, vt constet de tempore Mediæ συνόδου Luminarium ☉ ☽.

	Dies	Hora.		
Reuolutio Lunaris copulæ	29.	12.	44'.	3".
Sũma & collectio dierum, &c.	14	0	10	34
Tempus Mediæ copulæ ☉ ☽.	15.	12.	33'.	29".

Hoc est completis 15. diebus mensis Februarij; ac 12. horis 33. minutis 29". scrupulis secundis à media nocte, Romana

consuetudine numerando, initium trahentibus; erit Nouilunium, & initium simul Iudæorum Adar duodecimi mensis, Medium.

Ad hoc autem tempus Prussianum Mediæ copulæ ☉, & ☽, Medij motus cœlestes hoc pacto, vt sequitur, colliguntur.

			Sexa.	grad.			
	Ἐποχὴ, seu radix motuum.		0	5.	32'.	24''.	7'''.
	Annos completos	1600		22.	19.	37.	0.
	Annos adhuc compl.	6			5.	1.	0.
	Mensem deinde	1				4.	16.
	Dies elapsos	15				2.	4.
Ad	Horas completas	12					4.
	Minuta prima	30					0.
	Praterea adhuc	3					0.
	Minuta secunda	29					0.
	Simplex Præcessio. Aequinoct.		0	27	57	8	31.

			Sexag.	gra.			
	EPOCHA, radix motus		0.	6.	40'.	27''.	28'''.
	Annos completos	1600.	2	47	50	58	0
	Annos praterea comp.	6.			37	45	0
	Mensem deinde	1.				32	3
	Dies elapsos	15.				15	31
Ad	Horas completas	12.					31
	Minuta prima	30.					1
	Praterea adhuc	3.					0
	Scrupula secunda	29.					0
	Anomaliæ Aequinoctior.		2	55	9	58	34

			Sexag.	grad.			
	Ἐποχὴ motuum.		4.	32.	29'.	51''.	33'''.
	Annos implet.	1600.	5	49	25	55	
	Annos adhuc	6.	5	59	28	3	
	Mensem deinde	1.		30	33	14	
	Dies praterea	15.		14	47	3	
Ad	Horas item	12.			29	34	6
	Scrupula prim.	30.			1	13	55
	Alia scrupula	3.				7	23
	Scrupula secund.	29.				1	11
	Simplicis ☉, & æqualis motus.		5	7	15	3	8

Ἐπο-

		sex.	grad.	'	"	'''
ΕΠΟΧΗ motus.		3.	31.	39'.	2".	21'''.
Ad Annos completos	1600.	5	38	4	2	
Annos adhuc	6.	5	59	25	30	
Mensem dein.	1.		30	33	12	
Dies praeterea	15.		14	47	2	
Hoas item	12.			29	34	4
Scrup. prima	30.			1	13	55
Praeterea adhuc	3.				7	23
Scrupula secunda	29.				1.	11.
Anomalia ☉ aequalis		3.	54.	59.	44.	54.

		Sexag.	grad.	'	"	'''
RADIX motus.		3.	29.	58'.	22".	37'''.
Ad Annos completos	1600.	3	52	56	44	
Annos praeterea	6.	1	9	55	41	
Mensem deinde	1.	0	17	54	47	
Dies completos	15.	3	2	51	41	
Horas item	12.		6	5	44	
Minuta prim.	30.			15	14	18
	3.			1	31	26
Scrupula secund.	29.				14	43
Longitud. ☽ à ☉ aequalis		0	0	0	0	4.

		Sexa.	grad.	'	"	'''
Ἐποχὴ, seu radix motus		3.	27.	13'.	27".	41'''.
Ad Annos completos	1600.	4	56	15	30	
Annos item completos	6.	3	5	22	43	
Mensem verò	1.	0	45	0	52	
Dies perfectos	15.	3	15	58	29	
Horas item	12.		6	31	57	
Scrupul. prima	30.			16	19	52
	3.			1	37	59
Scrup. secund.	29.				15	47
Anomalia ☽ aequalis		3	36	41	13	19

			Sexa. grad.			
Ἐποχὴ siue radix motus		2.	9.	41′.	50″.	38‴.
Ad Annos impletos	1600.	3	51	54	16.	
Ad Annos adhuc	6.	3	5	30	18	
Ad Mensem item	1.		50	6	35	
Ad Dies absolutos	15.	3	18	26	25	
Ad Horas item	12.		6	36	53	
Ad Scrup. prima	30.			16	32	12
Ad Scrup. prima	3.			1	39	13
Ad Scrup. secund.	29.				15	59
Latitudinis ☽ æqual.		1.	22.	34.	45.	2.

ΕΠΙΣΑΓΜΑ
De statu motuum cœlestium.

Sexag. grad.

1. *Duplex Anomalia Aequinoctiorum* 5. 50. 19′. 57″. 8‴.

Per hanc venatur in Canone Προσθαφαιρέσεων Æquinoctialis

Προσθαφαίρεσις Aequinoctiorum	0	11	59	9. addē.
Aequalis motus Præceß. Aequinoct.	27	57	8	31
Vera Præceßio Aequinoctij	0. 28.	9.	7.	40.

Sexag. grad.

2. *Anomalia simplex æquinoctiorum* 2. 55. 9′. 58″. 34‴.

Hac excerpitur in Canone προσθαφαιρέσεων Solis per proportionem

Προσθαφαίρεσις Centri ☉		0.	42′.	46″.	addenda
Anomalia ☉ simplex & æqualis	3	54	59	44	54
Coæquata Anomalia ☉	3.	55	42′.	30″.	54‴.

Cum hac deinde excerpitur Προσθαφαίρεσις orbis ☉ per partem proportional.

Προσθαφαίρεσις orbis ☉ æquata, gradus	1.	33′.	5″.
Excessus (seu diuersitas diametri) ☉ æquatus	0	28′.	8″.
Minuta verò proportionalia		0	8″.
Τὸ ἐπιβάλλον de Excessu, & min. proport.			3″. addenda
Προσθαφαίρεσις orbis Solis æquata	1	33	5
Προσθαφαίρεσις orbis ☉ absoluta	1	33	8. adiectiua

3. Ano-

	Sexa.grad.				
3. *Anomalia æqualis* ☽	3	36	41′.	13″.	19‴.

Hac venatur ex Canone προσθαφαιρέσεων ☽ adhibita parte proportion.

Προσθαφαίρεσις *primi Epicycli*	3.gr. 9′. 43″.	*Adiec.*

Quoniam autem vtraque προσθαφαίρεσις ☉ & ☽ adiectiua est, præcedit lumen id cuius minor est adiectiua æquatio tantum quanta est ipsarum προσθαφαιρέσεων differentia. Hoc est ordine graduum Zodiaci ☉ præcedit Lunam, obtinens pauciores gradus in antecedentia Ecleipticæ Piscium quàm ☽, quæ in consequentia signi ordine graduum Solem sequitur tempore Mediæ eorum Copulæ.

	gra.			
Προσθαφαίρεσις 1. *epicycli* ☽	3	9′	43″	*Adiectiua*
προσθαφαίρεσις *orbis* ☉ *absol.*	1.	33	8	*Adiectiua*
Differentia προσθαφαιρέσ.	1	36	35	

Interstitium itaque inter ☉ & ☽ tum erit 1. grad. 36′. 35″. in Zodiaci Ecleiptica, quod horis 12. 33′. 29″. in Meridiano Regij Montis computabitur, & enumerabitur à media nocte præcedente 16. diem Februarij. A quo tempore dempta Meridianorum differentia, quæ intercedit inter illum Prussicum, & Latobricum Lemannum Meridianum, nempe 1. hora cum 11. minutis cadit Nouilunium hoc die 15. completo Februarij horis à Media nocte initium trahentibus 11. 22′. 29″. hoc est 37′. 31″. ante Meridiem 16. diei.

Quibus inuentis iam Quæritur, *Quanto temporis interuallo Luna verè à medio Solis loco hunc Ecleipticæ arcum 1. grad. 36′. 35″. emetiatur, & pertranseat, vt rectè interuallum Mediæ & veræ συνόδου vel copulæ Solis & Lunæ, ac proinde Tempus veræ coniunctionis eorum tum in Meridiano Prussico, tum etiam in Latobrico Lemanno horis suprà vtrisque Meridianis designatis, haberi possit,* Quod necessarium est, vt reliqua dentur, & consequantur ad hoc ☉ deliquium.

Sexag.gr.

Anomalia ☽ æqualis suprà est 3. 36. 41′ 13″. 19‴. hoc est 216. grad. 41′. 13″. Cum qua venatur, & excerpitur in Canone priori Distantiæ veræ Coniunctionis & Oppositionis à media Solis & Lunæ, Vera euectio Lunæ à Sole sub horis datis,

O

Conſtat autem Lunam motu ſuo vnum Zodiaci gradum duabus horis perambulare.

Itaq; ſub duabus horis in angulari proſelyde, & è regione 210. graduum Anomaliæ ☽ excerpitur Euectio ☽ à ☉ 1.grad. 8'. 44". Deinde ſub iiſdem duabus horis cum 220.gradib.Anomaliæ colligitur 1. gradus 7'. 38". euectionis ☽ à ☉. Differentia harum euectionum cùm ſit 1'. 6". δοκιμασία τῦ ὑπεϐάλλοντος partis, pars quæ competit 6.gradib. 41'. Anomaliæ aſſumpta exit 44". ſcrupulorum ſecundorum, Quæ quia Canon aſſurgendo decreſcit gradibus & minutis, ſubtrahenda eſt ab Euectione Lunari à ☉ quæ reſpondet 210. gradibus nempe ab 1. gradu 8'. 44"

			44.
Motus ☽ à ☉ duabus horis integris	1. *grad.*	8'.	0".

Iam dico *gra.* 1. 8'. 0". *dant* 2. *horas, quantum dabit* *grad.* 1. 36'. 35".

4080" 7200" 5795".

Ductis 5795". quæ faciunt differentiam προσθαφαιρέσεων ☉ & ☽ ſuperiorem in 7200". quæ conſtituunt 2.horas, productóq; eorũ diuiſo per primum numerum 4080". proueniunt 10226". quæ rurſum diuiſa per 60'. dant in quotiente 170'. cum reſiduo 26". Hæc 170'. ſi denuò per 60'. diuidantur reſultabunt 2. horæ cum 50'.ſcrupulis primis: quibus adduntur 26".

Interuallum itaque Vera & media συνόδυ Luminarium ☉ & ☽ erit 2. Horar. 50'. 26".

Hoc autem Interuallum, Quia Media ☉ & ☽ συνοδὸς Veram ſequitur, ideò ſubtrahendum erit à Media Coniun. Luminarium.

Arcum igitur illum Ecleipticæ 1.gr. 36'. 35". differentiæ προσθαφαιρέσεων ☉ orbis, & primi Epicycli ☽ metitur Luna Interuallo, vel ſpacio 2. horarum, 50'.26". Ac proinde ſequitur Lunam pertranſiiſſe Solem à Vera ad Mediam Copulam tanto interuallo quanta eſt differentia vtriuſque ☉ & ☽ προσθαφαιρέσεως.

Quando enim vtraque προσθαφαίρεσις ☉ & ☽ adiectiua fuerit, vt fert regula, *præcedit luminare id, cuius minor eſt προσθαφ. adiectiua tantum, quanta eſt ipſarum προσθαφαιρέσ. differentia.*

Atqui προσθαφ. Solis minor eſt adiectiua quàm ☽ προσθαφαίρεσις.

Præcedit ergo ☉ Lunam ordine graduum Ecleipticæ 1.gradu 36'.35".

Ex quibus perſpicuum eſt verã συνοδὸν præceſſiſſe mediam 2. horis 50',26". Quæ ſi dempta fuerint, vt fieri neceſſarium eſt, à Tempore mediæ copulę ☉ ☽, Tempus verę coniun. Luminarium magnorũ, quod quæritur, innoteſcet.

Tempus

	Hor.	minut.	
Tempus Prußicum Mediæ copulæ	12.	33′.	29″.
Interuallum Veræ & mediæ copul.	2.	50.	26
Tempus Veræ copulæ ☉ ☽	9.	43′.	3″.

Hoc eſt, Nouilunium verum erit 16. die Februarij horis à media nocte præcedente initium ſumentibus 9. 43′. 3″. in Meridiano Pruſſorum Montis Regij enumeratis & abſolutis. A quibus dempta differentia Meridianorum Montis Regalis, & Latobrici Lemanni 1. hor. 11′. remanet *Verum Nouilunium, nempe* 8. *hor.* 32′. 3″. *pro Latobricis Lemannis populis.*

Porrò, Quia hoc Tempus veræ συζυγίας ☉ ☽ æquale eſt, in apparens commutandum eſt, Quia enim dies ciuiles à Meridiano numerati, propter motum ☉ inæqualem, tardiorem nimirum ad Apogæum, velociorem ad Perigæum, ac propter Ecleipticæ obliquitatem, quæ variat, interdum plus interdum minus de Æquatore (quæ menſura Temporis eſt) æqualibus Ecleipticæ arcubus reſpondens, inter ſe multùm ſunt inæquales. Non priùs cum apparente tempore conuenire poſſunt, quàm æquatio adhibita fuerit, Dies enim, qui menſura motuum cœleſtium eſſe debent, æquales eſſe oportet, non autem quod in ſe inæqualitatem habet menſura rerum eſſe poteſt.

Conuerſio itaq;, vel commutatio æqualis temporis Nouilunij huius in apparens hoc pacto indagatur. Sub Veram συζυγίαν æqualis motus ☉ Compoſitus eſt partium 335. 5′. 12″. hoc eſt 5. Sexagenarum 35. graduum 5′. 12″. Veri autem loci ☉ ab Æquinoctio apparenti aſcenſio recta 338. partium 34′. 8″. Ablatis ergo iis quæ ſunt prioris temporis Chriſti DEI aſſumpto integro circulo vbi operatio fieri nequit, vt in hoc Nouilunio, ab iis quæ ſunt poſterioris (vt συζυγίας) erit differentia æqualium motuum compoſitorum & differentia partium temporalium nota, quarum collatio facta Exceſſus, vel æquatio προσθαφαίρεσις manifeſta.

Compoſitorum æqualium partes.				*Aſcenſionum rectarum tempora.*			
Chriſti DEI	638.	2′.	16.	*Χριστοῦ aſcen. rect.*	639.	55′.	33″.
Συζυγίας	335	5	12	☉ *Veri loci aſc. re.*	338	34	8
Differentia.	302	57	4	*Differentia.*	301.	21.	25.

Σύγκρισις ſeu Collatio differentiarum.

Aequalium motuum	302.	57′.	4″.
Aſcenſionum rectarum	301.	21.	25.
Exceſſus æqualium motuum.	1.	35.	39.

Hoc est scrupula 6′. 23″. Nam 1. gradus Æquatoris facit 4′. temporis, & 30′. gradus vnius dant 2′. quæ addita 4′. minutis sunt 6′. temporis: reliqua verò 5′. adhærentia 30′. redacta in secunda scrupula cum 39″. addita, post diuisionem summæ 339″. per 60. remanent 23″. προσθαφαίρεσις itaque temporis est 6′. 23″. quæ ablata à tempore Veræ συνόδου ☉ & ☽, Tempus apparens veri Nouilunij huius erit

	Hor.	minut.	secun.	
	9.	36′.	40″.	*Prussiæ.*
Differentia Meridianorum	1	11	0	
Tempus apparens συνόδου ☉ ☽	8	25	40	*Latobricis Lemannis.*

IAM verò ad Interuallum Veræ ac Mediæ copulæ ☉ & ☽ suprà inuentum 2. hor. 50′. 26″. inuestigandi sunt motus cœlestes, qui subtracti à Motibus Mediæ copulæ temporis suprà collectis, Veri motus ad tempus veræ copulæ Luminarium extabunt.

ΣΥΝΑΞΙΣ.

Ad 2. *horas.*	4′.	55″.	41‴.	4′.	55″.	41″.
′ 30.	1.	13.	55.	1.	13.	55.
′ 20.		49.	16.		49.	16.
″ 26.		1.	4.		1.	4.
☉ *æqualis motus*	6.	59.	56.	6.	59.	56. ☉ *Anô. (æqualis*

	grad.				gra.			
Ad *horas* 2.	1	0′	57″	0‴	1	5′	19″	0‴
min. 30′.		15	14	18		16	19	52
min. 20′.		10	9	32		10	53	15
secund. 26″.			13	12			14	9
Longitud. ☽ *à* ☉	1.	26′.	34″.	2‴.	1.	32′.	47″.	16‴. *Anomal. Lunæ.*

	gra.			
Ad *Horas* 2.	1	6′	9″	0‴
minut. 30′.		16	32	12
minut. 20′.		11	1	28
secund. 26″			14	20
Latitudinis ☽ *æqualis motus*	1.	33′.	57″.	0″.

CORRE-

CORRELARIUM,

De statu motuum cœlestium ad tempus veræ συζυγίας ☉ ☽.

	Sexa. grad.				
	5.	7.	15′.	3″.	8‴.
Motus ad interual.			6.	59.	56.
☉ *simplicis motus.*	5.	7.	8.	3.	12.
	3.	54.	59.	44.	54.
Motus ad Interual.			6.	59.	56.
☉ *Anomaliæ æqual.*	3.	54.	52.	44.	58.
	0	0	0	0	4.
Motus Interuallo &c.		1.	26.	34.	2.
☽ à ☉ *Medij motus.*	5.	58.	33.	26.	2
	3.	36.	41.	13.	19.
Motus Interuallo &c.		1.	32.	47.	16.
☽ *Anomaliæ æqual.*	3.	35.	8.	26.	3.
	1.	22.	34.	45.	2.
Motus ad Interual.		1.	33.	57.	0.
☽ *Latitudinis æqual.*	1.	21.	0.	48.	2.

EXPLORATIO, AN

Tempus Veræ Copulæ ☉ & ☽ rectè constitutum sit, an secus.

	sex: grad.				
Anomalia Aequinoctij supra est	2.	55.	9′.	58″.	37‴.
Vnde hæc sumpta Προσθαφ. *Centri* ☉			42	46. *addenda*	
Anomalia ☉ *æqualis & simplex*	3.	54.	52	44	58
Coæquata anomalia ☉.	3.	55.	35.	30.	58.
Cum qua venatur Προσθαφαίρ. *orbis* ☉		1	32	57. *æquata*	
Minuta verò proportionalia			0.	8.	
Excessus, vel diuersitas diametri ☉			28	6	
Pars proportionalis de excessu & minutis proport.				3. *addenda*	
Προσθαφαίρ. *orbis* ☉ *absolut.*		1	33	0. *adiectiua*	

	Sex.	grad.	′	″	‴	
Duplex longitudo ☽ *à* ☉	5	57.	6′	52″	4‴	
Vnde Προσθαφ. *secundi epicy.* ☽		0	47	32:		*subtrahenda.*
Anomalia ☽ *æqualis*	3.	35.	8.	26.	3.	
Προσθαφαίρεσις *2. epicycli* ☽		0	47	32	0	
Coæquata ☽ *Anomalia*	3	34	20	54	3	
Hæc Προσθαφ. *prim. epicycl. est*		2	59	35.		*adiectiua.*

Collatio Προσθαφαιρέσεων ☉ *orbis absoluta &* ☽ *primi Epicycli.*

	grad.			
Προσθαφαίρεσις 1. ☽ *Epicycli,*	2.	59′.	35″.	*Adiectiua*
Προσθαφ. *orbis* ☉ *absoluta*	1	33	0	*Adiectiua*
Differentia προσθαφαιρέσεων	1.	26.	35.	

Quæ quia æqualis, & exactè quadrat Motui ☽ Interstitio Veræ & Mediæ συνόδου Luminarium, qui est 1. grad. 26′. 34″. Tempus συνόδου Veræ ☉ & ☽ hac δοκιμασίᾳ emendatè, ac scrupulosè inuentum esse constat.

STATVS ☉, ET ☽, AD TEMPVS *veræ Copulæ eorum.*

	Sexag.	grad.	′	″	‴	
☉ *Aequalis motus.*	5	7	8′	3″	12‴	
Προσθαφαίρεσις *orbis* ☉ *absol.*		1	33	0		
Verus ☉ *ab Asterismo*	5	8	41	3	12	
Præcessio Vera Aequinoctior.		28	9	7	40	*grad.*
Verus ☉ *ab apparen. æquin.*	5.	36.	50.	10.	52.	☉ 6. 50′. 10″ ♓
Medius ☽ *à* ☉ *longitudinis mo.*	5	58	33′	26″	2‴	
Προσθαφ. *1. epecycli absolut.*		2	59	35		
Verus ☽ *à medio loco* ☉		1	33	1	2	
Motus ☉ *simplex & æqualis*	5	7	8	3	12	
Distantia ☽ *à prima stella* ♈,	5	8.	41.	4.	14.	
Vera Præcessio Aequinoctior.		28.	9.	7.	40.	*gra.*
Verus ☽ *ab apparen. æquinoct.*	5.	36.	50.	15.	6.	☽ 6. 50′. 15″. ♓.

Aequa-

	Sexa.grad.				
Aequalis motus latitud. ☽	1.	21.	0'.	48''.	2'''.
Προσθαφαίρεσις primi Epicycli absolut.		2	59	35.	*addenda.*
Verus motus latitudinis	1	24	0	23	2
Hoc motu venatur Latitudo ☽ *vera.*			31.	17.	0

Septentrionalis Descendens.

Quia verò tempus apparens huius Solaris Defectus antecedit Meridiem Latobricum Lemannum 3. horis 34'. 5''. Inquirenda est Distantia ☉ *&* ☽ *à vertice: & latus longitudinis, vt habeantur παραλλάξεις Luminarium κατὰ πλάτος καὶ μῆκος, ad illud temporis momentum.*

Verùm quia Distantiæ à vertice, & latera tum longitudinis, tum etiam latitudinis ad integras horas ante & post Meridiem se offerunt in Canone παραλλάξεων ad diuersos polos mundi; à 4. horis antemeridianis absolutis si 3. horas cum 34'. minutis subtraxeris, remanebunt minuta horæ, ad quæ Distantia à vertice, & latus longitudinis excerpi & expiscari debet, nempe ad horam 4. 26'. Meridianam horam versus, vt facilior sit hac in re calculus, Primùm sub Polo 45. graduum: deinde sub 49. vt cætera ad hanc ☉ Ecleipsim necessaria habeantur.

Polo 45.

			grad.
Ad initium ♓	*Pro* 4	*horis*	78. 12'.
	Pro 3		69. 38
		Differentia.	8. 34'.

Hor.

1. hora, vel 60'. dant 514'. quantū 26'. adhærētia 4.

Productum ex multiplicatione secundi numeri per tertium, nempe 13364'. per 60'. diuisa quotiens est 222'. quæ faciunt 3. gradus 42'. subtrahenda à distantia à vertice respondente 4. horis, vt sit Distantia à Zenith nostro Luminaris ☉ æquata Polo 45. & ad initium Piscium 74. grad. 30'. Idem agendum sub eodem Polo ad initium ♈.

			grad.
Ad initium ♈	*Pro* 4	*horis*	69. 18'.
	Pro 3		60 0
			9 18'

60'.*dant* — 558' --- *quantum* — 26' ?

Pars proportionalis competens 26'. horæ quæ prouenit ex diuisione producti duorum numerorum secundi & tertij est 4. grad. 1. minut. quod ex Distantia à vertice, quæ correspondet 4. horis nempe, 69. grad. 18'. demptum, remanet

4 grad. 1.

Distant. à verti. 65. *gra.* 17'. *æquata.*

Collatio Distantiarum.

	grad.		
Ad initium ♓	74.	30'	*æquata.*
Ad initium ♈	65.	17	
	9.	13'.	

30. *gradus* 1. *signi* —— 553'. —— 6. *gr.* 50'. *loci* ✹.

410'.

Productum 226730'. diuisum per 30. gradus, hoc est per 1800'. quotiens est 125'. quæ per 60'. diuisa dant pro parte proportionali, quæ respondet loco ✹ 2. grad. 6'. ferè, quæ pars subtracta à Distantia à vertice quæ est ad initium ♓ æquata 74. grad. 30'. quia ad initium ♈ ea minor est quàm ad initium ♓ remanet Distantia ✹ à vertice Polo 45. vero loco ✹ congruens nempe 72. grad. 24'. minutorum.

Simili prorsus modo agendum Polo 49. vt collatione facta Distantiarum à vertice sub vtroque Polo, pars proportionalis ex differentia earum haberi possit conueniens, Polo Latobrico Lemanno 46. 36'. gradibus & minutis quæ Polum 45. excedunt.

Polo 49.

	grad.			
Distantia à vertice ad initium ♓	76.	49'	*æquata.*	
Distantia à vertice ad initium ♈	67.	11.		
Differentia	9.	38.		
Pars [illegible]λλον congruens loco ✹	2.	11. *subtrah.*		
Collatio { *Distantia à vert loco* ✹ *competens*	74.	38.	*Polo*	49.
Collatio { *Distantia à vertic. loco* ✹ *congruens*	72.	24	*Polo*	45.
	2.	14'.		

Iam

Iam 4. *grad.* *differentia Polorum* 45. & 49. *dat* 2. *gr.* 14′. *quantũ* 1. 36′?

Æquatio quæ competit 1. gradui 36′. est 53′. addenda Distantiæ à vertice quæ quadrat Polo 45. suprà æquatæ, & vero loco ☉ congruæ, quia ea quæ conuenit Polo 49. maior est, vt sit,

Distantia à vertice æquata ☉ *grad.* 73. 17′. *Polo* 46. 36′.

---

2. Secundò. LATVS LONGITVDINIS ad idem temporis momentum simili etiam omnino modo quo Distantia à Vertice Luminarium inquirendum erit: hoc enim nobis opus est ad παράλλαξιν ☉ & ☽ μηκοπλατῆ, & in longitudinem ☽ à ☉ eruendã.

			grad.		
Collatio.	*Ad initium*	♓	15.	39′.	*æquata Polo* 45.
		♈	15.	18.	
	Differentia,		0.	21.	
	Τὸ ἐπιβάλλον ad locum ☉		0.	4.	*subtrah.*
	Latus longitud. æquatum,		15.	35.	

Collatio.	*Ad initium*	♓	12.	15′.	*æquata Polo* 49.
		♈	11.	25.	
	Differentia.		0.	50.	
	Τὸ ἐπιβάλλον pro loco Solis,			11.	*subtrah.*
Collatio.	*Latus longitud. æquatum*		12.	4.	*æquata Polo* 49
	Latus longitud: æquatum,		15.	35.	45.
	Differentia longit. later.		3.	31.	
				211′.	

Pars proportion. pro 1. *gr.* 36′ -- 1. *gr.* 24′. *subtrahenda à latere longitudinis quæ competit Polo* 45. *quia maius est Polo* 49.

Latus longitudinis æqua. 14. 11′. *Polo* 46. 36′.

PORRÒ habitis hisce duobus, 1. *Distantia Luminarium à vertice capitis nostri sub Polo designato* 46. 36′. *Boreo:* 2. *Et latere Longitudinis,* excerpenda est παράλλαξις ☉ & ☽ ex Canone παραλλάξεων cũ distãtia à vertice ęquata. Quę cùm sit 73. graduũ 17′.

παράλλαξις ☉ μηκοπλατὴς est 2′. 50″.

Sign. gra.

Deindę cum Anomalia ☽ coæquata, vt suprà extat, 7. 4. 21″. venatur παράλλαξις ☽, hoc pacto, Cum signis 7. quibus respondent 5. signa in Canonis capite, & è regione Distantiæ à vertice 73. grad. in angulari proselyde offeruntur 59′. 47″. Angulus

P

verò ſequens pro 74. gradibus Diſtantiæ, habet 60′. 4″ pro ☽ παραλλάξ. Quarum 2. παραλλάξ. differentia cùm ſit 17″. pars quæ competit 17″. diſtantiæ adhærentibus eſt 4″. addenda τῇ παραλλάξει ad 73. gradus, quia accreſcit ad ſequentes gradus παράλλαξις, vt ſit

παράλλαξις ☽ 5. vel 7. ſignis commoda 59′. 51″.

Idem ſub 4. Dodecatemoriis 8. reſpondentibus iterandum, vt ſit

παράλλαξις ☽ collecta 8. & 4. Dodec. congruens 57′. 59″.

Differentia harum παραλλάξεων 1′. 52″. ſumpta, τὸ ἐπιβάλλον congruens gradibus Anomaliæ coæquatæ ☽, nempe 4. grad. 21′. quæ ſunt vltra 7. ſigna, ratione logiſtica, erit 15″. auferenda priori παραλλάξ ☽ 7. vel 5. Dodecatemoriis correſpondens, decreſcit enim de Dodecatemorio ad alterum, à 6. ad 12.

παράλλαξις ☽ ad 5. & 7. Signa 59′ 51″.

ἐπιβάλλον ad 4. grad. 21′. anom. o. 15.

παράλλαξις ☽ æquata μηκοπλατής, 59′. 36″. *Collatio*

παράλλαξις ☉ κατὰ πλάτος καὶ μῆκος 2′. 50″.

Sola Luna à Sole diuerſitas aſpectus 56′. 46″.

vel *Exceſſus ☽ ſupra ☉ παράλλαξιν.*

Hoc demum Exceſſu multiplicato per latus Longitudinis, prodit ☽ à ☉ παράλλαξις in longitudinem, reſolutis gradib. eorum in minuta, &c. *Exceſſus* 56′. 46″. *Latus longitud.* 14. *gr.* 1′.

3406″. 851″.

Ductis itaque 851″. in 3406″, productóque eorum 2898506‴. per 3600″. partito quotiens habet 805″. quę diuiſa per 60′. prodit, & exit Παράλλαξις ☽ à ☉ *in longitudinem* 13′. 25″.

3 *Tertiò. Hoc ſuperiori ἐπιλογισμῷ τῆς ψηφοφορίας conſtituto ad tempus apparens vera copulæ magnorum Luminarium*, operæpretium eſt, (vt ☽ motus horarius viſus & apparens ſciri poſſit: deinde hac via Interuallum inter veram, & apparentem σύνοδον ☉ & ☽, quæ in Orientali Procli Quadrante veram præcedit) vt ad horam vnam antecedentem veram & apparentem ſimul copulam idem ἐπιλογισμὸς fiat, Diſtantiæ nimirum ☉ à vertice noſtro: & Lateris Longitudinis.

	grad.		
Diſtantia à Zenith ☉ æquata	81.	44′.	*Polo* 45.
Diſtantia à vertice ☉ æquata	83.	13′.	*Polo* 49.
Differentia	1.	29′.	

Pars

Pars conueniens 1. grad. 36'. Poli 0. 35'. addenda Distantia, qua competit Polo 45. quia crescit Polo 49. Distantia. Distantia itaque à Vertice aequal. 82. 19'. Polo 46. 36'.

—4. Quartò. Latus longitudinis ad idem tempus vnius horæ ante veram & apparentem συνοδὸν hanc perquirendum est eo penitus, quo sup rà modo actum est.

	grad.		
Latus longitudinis aequatum	20. 38'.	16. 55.	*Poli* 45. 49.
Differentia.	3. 43'.		
Aequatio competens	1. *gra.* 36'. 1. 29'. *auferẽda à lõg. Polo* 45		
Latus longitud. absolutum	19. 9. *Polo* 46. 36'.		

IAM cum Distantia à vertice æquata Polo 46. 36'. quærendæ παράλλαξις Solis & ☽ μηκοπαράλ(?) Distantia itaque à Zenith vel puncto verticali capitum sub altitudine Poli 46. 36'. Latobricorum Lemannorum cùm sit 82. grad. 19'. venatur per eam παράλλαξις ☉ 2'. 56".

Deinde cum coæquata anomalia ☽ 7. Dodec. 4 gr. 21'. 61'. 31". Vnde differentia harum παραλλάξεων ex collatione earum facta, vel Excessus, seu sola ☽ à ☉ παράλλαξις est 58'. 35".

Minuta Excessus	3515".
Latus longitudinis est	19. 9'.
Minuta later. longit.	1149'.

Παράλλαξις ergo ☽ à ☉ in longit. 18'. 42". hora 1. ante veram coniunct.
Παράλλαξις verò superior ad verã cop. 13'. 25.

Differentia παραλλ. 5'. 17".

Hæc Differentia παραλλάξεων à vero motu horario abstracta, Lunæ horarius motus visus & apparens innotescit. Quare hoc loco inuestigandus est Motus ☽ horarius verus ad veram copulam. ☉ & ☽. *Sex. gra.*

Anomalia ☽ æqualis est supra 3. 36'. 41. hoc est 216. gr. 41'. Quare 210. gradus Anomaliæ in Canone motus ☽ horarij in Nouiluniis, dant 34'. 21". & differentia huius motus horarij cum sequente 220. gradib. quadrante est 33". Itaq; si 10. gradus Anomaliæ dant 33". 6. gradus anomaliæ eiusdem logistica ratione dabunt 29". auferenda à motu horario quæ competit 210. gradibus anomaliæ nempe à 34'. 21". vt sit

Motus verus ☽ horarius æquatus	34′.	1″.
Differentia τῶν παραλλάξεων ☽ à ☉	5.	17.
Motus ☽ visus & appar. horarius	28.	44.

Deinde INTERVALLVM *inter veram συνοδὸν duorum Luminum ☉ & ☽, & apparentem, iam demum inquirendum est hoc pacto, Motus ☽ horarius visus* 28′. 44″. *dat* 60′. *quantum* 13′. 25″. *παραλλάξεως ad verã copulã?* 1724″. 3600″. 805″.

Ducto secundo in tertium, productóque eorum 2898000‴. per motum horarium Lunæ visum & apparentem 1724″. partito, quotiens erit 1678″. Qui deinde per 60′. diuisus, Interuallum inter veram & apparentem συνοδὸν 27′. 58″. horæ vnius esse demonstrat. Quæ 27′. 58″. Interualli, Quia visa Copula ☉ & ☽ horis antemeridianis Veram præcedit, subtracta à priori tempore apparenti & vero veræ συζυγίας ☉ ☽ 8. hor. 25′. 55″. ante meridiem, Tempus visæ, & apparentis copulæ manifestabitur in Meridiano Latobrico Lemanno enumeratum à media nocte præcedente initium sumens.

	Dies.	hora.		
Vera συνοδὸς Luminarium.	15.	8.	25′.	40″.
Interuallum vera & visa.		0.	27.	58.
Tempus verum visæ copulæ ☉ & ☽.	15.	7.	57′	42″.

CÆTERÙM, *ad hoc tempus visæ & Ecleiptica coniunctionis magnorum Luminarium inquirenda sunt vt priùs, Distantia à vertice Latobrico ☉; Latus Longitudinis, & Latus Latitudinis, quod in circulo altitudinis assumitur partium* 60. *vt subtendens rectum angulum: παραλλάξεως ☽ & ☉ μηκοπλάτους. Deinde Mot^s latitudinis ☽ ad tẽpus propositum visæ copulæ; & latitudo vera & visa ☽, vt cætera quæ ad Quantitatem Digitorum Ecleipticorum ☉ & ad scrupula tum Incidentiæ seu Casus Ecleipseos, tum Temporis inde habeantur & innotescant, necessaria.*

Quia igitur Tẽpus hoc antecedit Meridiẽ 4. horis cũ 2. minutis,

Distantia à vertice ☉ æquata erit	76	30′.	*Polo* 45.
Et distantia à Zenith æquata ☉	78.	23.	*Polo* 49.
Differentia distantiarum est	1.	53.	

Vnde

Vnde τὸ ἐπιβάλλον congruens 1. 36'. poli est 0 45'. addenda.
Distantia à vertice æquata. 77. 15. *Polo* 46.36'.

2. *Secundò. Ad idem tempus Latus longitudinis inquirendum.*

	grad.			
Latus longitudinis	18.	28'.	*æquatum Polo*	45.
	14.	50.		49.
Differentia.	3.	38'.		

Pars congruens 1.gr.36'.poli 1. 27'. *subtrah.*
Latus longitud.æquat. 17. 1'. *Polo* 46. *grad.* 36'.

3. *Restat Latus Latitudinis etiam scrutandum.*

		grad.	
Latus latitudinis Polo	49.	58.	11'.
	45.	57.	11.
Differentia later.latitud.		1.	0'.

Et τὸ ἐπιβάλλον ad 1. gr. 36'. poli 0. 24'.

Quæ proportio, quia παράλλαξις latitudinis à Polo 45. ad Polum 49. sub Ecleiptica vbi hæc considerantur, crescit, ideò addenda est lateri Latitudinis quod Polo 45. inuentum proprium est nempe 57. grad. 11'. vt sit

grad.
Latus latitudinis absolutum 57. 35'. *Polo* 46. *grad.* 36'.

His ita maximo, eóque improbo labore comparatis, tandem cum Distantia à Vertice æquata eliciendæ sunt eo, quo suprà demonstratum est, modo παράλλαξις Luminarium μηκοπλατής, vt habeantur παραλλάξεις ☽ à ✵ in longitudinem, & in latitudinem.

Distantia itaque à puncto verticali suprà est 77.gr.15'.
Cum qua venatur παράλλαξις ✵ μηκοπλατής, 2. 53".
παράλλαξις verò ☽ cum coæquata anom.ei⁹ excerpta, 60' 37".
Vnde Sola ☽ à ✵, vel excessus ☽ super ✵ est 57'. 44".

Hic verò Excessus in scrupula secunda reductus, & per latus Longitudinis, similiter in scrupula secunda conuersum, multiplicatus, si productum eorum 3536744". per 3600. par-

tiatur,quotiénsque 982″. per 60. diuidatur, erit παράλλαξις ☽ in longitudinem à ☉ 16′. 22″.

Si verò idem Excessus ducatur in latus Latitudinis, & eodem modo tractetur vt in latere Longitudinis, Producto ex multiplicatione vnius per alterum, nempe 1196812‴. partito etiã per 3600″. & quotiente 3324″. per 6′. diuiso remanet, ac prodit

Παράλλαξις ☽ à ☉ in latitudinem 55′. 24″.
Semper Australis visus nostri habita ratione.

EXAMEN,

An Tempus Synodi ☉ & ☽ apparentis rectè institutum sit, nec-ne.

ΠΑράλλαξις ☽ κατὰ μῆκος ad ☉ ad tempus apparentis Synodi inuentum suprà est 16′. 22″. Et quia interuallum veræ & visæ Copulæ est 27′. 58″. vnius horæ, Vera ☽ à ☉ Distantia vel Euectio est 15′. 51″. Interuallo veræ & visæ copulæ, quia motus horarius ☽ est 34′. 1″. Quæ distantia cùm absit 31″. scrupulis à παραλλάξει κατὰ μῆκος ☽. à ☉, quod parum est, Tempus visæ copulæ Luminarium ☉ & ☽ Eclepticæ satis rectè inuentum esse pronunciamus.

Quòd si aliquantò subtilius visæ huius copulæ Tempus inuentum esse volumus, differentia παραλλάξεως ☽ in longitudinem à ☉ & Motus ☽ Interuallo veræ & visæ copulæ sumpta, si in 60′. horæ minuta ducatur, productúmq; 111600″. per motum ☽ visum 28′. 44″. diuidatur, Quotiens 64′. hoc est 1. minutum cum 4. scrup. secundis à tẽpore apparentis, & visæ συνόδου luminariũ subtractũ, Tempus visæ copulæ ☉ & ☽ quàm correctissimũ extabit, nempe hora 7.56′.38″. à media nocte Horizontis Latobrici Lemanni initium trahentib. Vel horis 4. 3′. 22″. diei 16. mensis Febru. 1607.

Cæterùm, ratio huius differentiæ motuum ☽ & eius παραλλάξεως non aliũde causari potest quàm ex eo quòd motus horarius ☽ non est sui similis, sed mutabilis in horas, ac proinde nondum exactè notus. Etsi verò Tabulę Prutenicę motum ☽ nobis exhibeant satis emendatum, ratione aliarum Tabularum, tamen ob eius Eccentrici orbis inæqualem motum, tum ob nondum satis subtilem ἐκκεντρότητος notam, tum verò variam & vagam, ac ignotam adhuc veram à centro terræ distantiam ob aliásq; rationes, fieri non potest vt ex quibusuis Astronomicis Tabulis etiam emendatioribus, tam exactè motus eius à ☉ venari possit, vt nulla prorsus differentia, vel leuisculus error afferri possit.

ΠΟΡΙΣΜΑ

ΠΟΡΙΣΜΑ

De statu motuum cœlestium ad tempus visæ Luminarium Copulæ.

	Sexag. grad.				
Simplicis ☉ Motus	5.	7.	6'.	54''.	18'''.
Anomaliæ ☉ æqualis	3	54	51	36	4
Longitudinis ☽ à ☉	5	58	19	13	42
Anomaliæ ☽ æqualis	3	34	53	12	36
Latitudinis ☽ simpl.	1	20	45	23	5
Præcessionis Æquinoctij	0	27	57	8	30
Anomalia præcess. æqu.	2	55	9	58	23.

De motu vero latitudinis ☽ ad veram ☉ ☽ copulam.

Interuallo veræ ac visæ συνόδου 27'.58''. Ver. mot. ☽ est 14'.12''.20'''.
Motus verò ☉ simplex & æqualis ad id Interuallũ est 1. 8. 54
Hi duo mot⁹ ☉ & ☽ iuncti faciũt Motũ ☽ simpliciter, 15.21. 14
Qui à motu ☽ Vero latitudinis ad veram συνοδον demptus remanet Verus motus latitudinis ☽ ad Visam ☉ ☽ copulam.

	Sex. grad.				
Verus motus latitud. ☽ ad veram copulã.	2.	24.	0'.	23''.	2'''.
Motus ☽ simpliciter demptus			15	21	14
Verus motus latit. ☽ ad visam copulam	2.	23.	45.	1.	48.
Unde per hunc motum vera latitudo ☽			32.	37.	0.

De Visa ☽ Latitudine sub apparentem συνοδον.

Παράλλαξις latitudinis ☽ κατὰ πλάτος ad visam copul.	55'.	24''.
Vera latitudo ☽ ad visam copulam ☉ ☽ est	32	27
Visa ☽ latitudo ad tempus visæ συζυγίας erit	22.	47.

Digitorum Eclipticorum in hoc Solari Defectu Quantitas.

grad.

Anomalia ☉ coæquata 235. 34'. *dat Semidiametrum ☉* 16'. 38''.
Coæquatâ ☽ anomaliâ 213. 57. *colligitur Semidiameter ☽* 17. 33.
Summa ergo Semidiametrorum 34. 11.
Latitudo ☽ visa ad visam copulam 22. 47.
Pars deficiens. vel reliquum de summa semidiametrorum, 11. 24.
Et Diameter ☉ erit 33'. 16''.

Iam in Canone digitorum Ecleipticorum 10′. ſcrupula reliqui de ſumma exhibent in angulari proſelyde è regione diametri ☉, 33′. 16.
quæ in margine annumeratur canonis, colligẽdos Digitos 3. 36′.
1. verò ſcrupulum 11′. ſcrupulis reliqui eiuſdem dat 22.
Et τὸ ἐπιϐάλλον competens 24″. reliqui de ſumma eſt 9.

Summa ergo Digitorum Ecleipticorum in ☉ erit 4. 7.

Scrupula Incidentiæ quanta.

Scrupula Viſæ latitudinis ☽ *ſunt* 22′. 47″.
Et ſumma Semidiametrorum ☉ & ☽ 34. 11.

In Canone Scrupulorum Incidentiæ ſeu Caſus in Ecleipſi ☉, ſub 34′. ſcrupulis & è regione 22′. ſcrupulorum latitudinis ☽ veræ, vel apparentis colliguntur 25′. 55″. & pars competens 47″ adhærentibus 22′. latitudinis ☽ eſt 41″. vt æquata ſcrupula ſint 25′. 14″.

Quia autem ſummæ Semidiametrorum 34′. adiacent 11″. erit τὸ ἐπιϐάλλον ſumptum ex collatione ſui collateralis anguli proſelydis ſub 35′. ſemidiametrorum 15″. ſcrupulorum ſecundorum, quæ addita prioribus 25′. 14″. quia creſcit numerus collateralis ei, conſtituent

Scrupula Incidentiæ, ſeu Caſus Ecleipſ. ☉ 25′. 29″.

Tempus Incidentiæ Quale.

Motus ☽ *viſus horarius* 28′. 44″. *dat* 60′. *hora, quantum* 25′. 29″?
1724″. 3600″. 1529″.

Ducto ſecundo numero 3600″. in tertium 1529″. productóque eorum 5504400″. per primũ 1724. diuiſo, Quotiens erit 3192″. Quæ rurſum per 60′. minuta horæ diuiſa

Tempus Incidentiæ innoteſcit 53′. 12″.

Ita vt Tota duratio Ecleipſeos ☉ futura ſit 1. moræ 46.24″
ex duplo Incidentiæ temporis, vel Mediæ moræ.

Apparet ergo in noſtro horizõte Ecleipſis ☉ *ibidem*		*Hor.*		
	Initium Ecleipſis.	7. 3′. 26″.	*manè ante Meridiem diei*	16. Febru. anni vet.
	Medium ſeu viſa cop.	7. 56. 38.		26. Feb. an. reform.
	Finis. Defectus.	8. 49. 50.		

Latitudo

Latitudo ☽ ad initium & finem Ecleipsis ☉ quæ?

LATITVDO ☽ visa sub apparentem σύνοδον est 22′. 47. & defectus ☉ fit circa Nodum Deuehentem ☋, In Canone itaque Latitudinis ☽ in Ecleipsibus cum 22′. 39″. latitudinis ☽ deprehendo in margine Canonis illius deberi 4. gradus 20′. scrupula, vltra 3. Dodecatemoria. Sed quia visa latitudo proposita ☽ 22′. 47″. maior scilicet illa 8″. scrupulis secundis, ideò per ἀναλογίαν, 52″. (differentiæ 10′. scrupulorum) dant 10′. scrupula, quantum 8″? Pars competens 8″. est 1′. 38″. Quæ addita 4. grad. 20′. Motus visæ latitudinis ad visam copulam ☉ ☽ erit Dodecat. 3. 4. 21′. 38″. A quo motu subtracta Incidentiæ scrupula, remanet Motus visæ latitudinis ad initium Visę συνόδου ☉ ☽. sed si addideris, constituet Motum visæ latitudinis ad finem Ecleipsis.


Dodeca.	*grad.*			
3	4	20′	0″.	
		1	38	
3	4	21	38.	*Motus visæ latitudinis ☽ ad visam cop.*
		22	47.	*Latitudo ☽ visa ad Medium copulæ.*
3	4	21	38	
		25	29	*Scrupula Incidentiæ.*
3.	3.	56.	9.	*Motus visa latitud. ☽ ad Initium*
Per hunc visa latit. ☽		20	33.	*Ad initium Ecleipseos ☉*
3	4	21	38.	
		25	29	
3	4	47	7	*Motus latit. ☽ visa ad finem Ecleips.*

Per hunc motum ex Canone eodem Latitudinis ☽ in Ecleipsibus venatur visa latitudo ☽ 24′. 59″. ad exitum ☽ ex ☉ diametro corporali, & sphærico, hoc est ab Ecleiptica visa copula.

Q

ΔΙΑΓΡΑΜΜΑ

DELIQVII SOLARIS, ANNI à CHRISTI *paßione* 1574. *quod* 16. *Februarij hora* 8. *ferè ante meridiem erit.*



EXPLICATIO, TYPI *Ecleipsis Solaris.*

EXPLICATIO, & Demonstratio huius præcedentis Schematis Deliquij ☉ eadem est, quæ Typi Ecleipsews ☉ anni 1605. hac sola differentia posita, quòd nempe hæc Ecleipsis minùs obscuratur, quia maior Lunæ est visa latitudo, quàm in Ecleipsi ☉ præcedentis anni 1605. quæ 2. die Octobris post Meridiem accidit, eáque meridionalior est. Deinde, quòd in hoc Deliquio Latitudo ☽ visa Meridionalis Descendens est, in altero verò superioris anni Meridionalis Ascendens est. Tertiò, quòd illa in plaga Occidentali visa est, hæc verò in Orientali Quadrante cœli, oculis nostris

nostris, nisi nubes ob aëris humidum statum suo velamine cœlum obtegant, quod verisimile est, conspiciendam se exhibebit.


COLOR ECLEIPSIS
quæ designatur in ☉.

DISTANTIA ☉ à Nodo Deuehente ☋ cùm sit 6. ferè graduum dat in Tabula, quam exhibet *Satlerus* in sua Διαίτη Astrologica, scrupulorum Distantiæ ☉ à ☊, vel ☋ Draconis capit. 9. De Colore Ecleipsium, Colorem Fuscum rubeum: sed hoc incertum iudico. Ratio enim huius rei ab Anomalia ☽, hoc est à positu & situ ☽ in Epicyclo suo pendet, non à sola distantia ☉ à ☊ vel ☋. Quò maior enim est Anomalia ☽ in Ecleipsi ☉ ab Apogæo ad Perigæum Epicycli vsque est, in quo, & per quem ascendit à terra & descēdit terram versus, eò proximior est terræ, ita vt Diameter ☽ maior nobis apparens, crassities corporis illius, quod inter oculos nostros & corpus ☉ interponitur, efficit vt nigrior in ☉ color appareat. Contrà verò, Quò minor est Anomalia ☽ in Epicyclo, vtpote proxima ☽ Apogæo facta propter minoritatem respectu visus nostri sui corporis: ac propter radios ☉ vndique fulgentes, & corpus ☽ διαφανὲς penetrantes, & perlustrantes, moles illa ☽ corporis sphærica eò minùs ☉ globum obscurum, ipsa ratione dictante, efficere, & reddere potest.

Sic Anno elapso 1605. Quia ☉ à Nodo Ἀναβιβάζοντος 9. gradibus 17. ferè minutis distabat, ☽ colorem in ☉ ruffum glaucum, ex tabula Colorum ☉ Ecleipsis præbere debuit, Quod non accidit. Verùm, quia ☽ Anomalia tum 121. gradibus ferè ab Apogæo suo distabat, factum est, vt vltrà medias longitudines Epicycli sui sita ☽ ad fundum, vel Perigæum Epicycli sui properans, radij ☉ corpus ☽ circumdantes ita corpus ☽ tum adhuc penetrarint, vt corpus ☽ talem ruffum, & glaucum non effecerint, sed griseum quodammodo colorem dederint. Quod quidem verum est, & nostris obseruationibus hîc annotatum.

Itaque hæc Ecleipsis ☉ futuri anni 1607. Quia Anomalia ☽ maior erit quàm ea, quæ contigit in Ecleipsi ☉ anni superioris 1605. etiamsi minùs distet ☉ à ☋, tamen quia ☽ proxima est suo Perigæo Epicycli sui, dicimus, & concludimus eò minùs effecturam in ☉ colorē fuscum rubeum, neq; ruffum glaucum, sed potiùs minùs griseum griseo, vel fusco colore, quàm in Ecleipsi ☉ 2. Octob. 1605. facta. Quod erit demonstrandum, & obseruandū aduersus Tab. à *Satlero* de Colorib. ☉ in Deliquiis conscriptam.

QVALIS PORRO SYDERUM
Positus, & cœli facies ad tempus visæ huius ☉ & ☽ copulæ Ecleipticæ futura sit, eam sequens figura euidenter ostendit. Sole constituto circa Medias Longitudines Eccentrici sui orbis.



ASTROLOGICUS
ΛΟΓΟΣ *in cœlestem figuram Ecleipseω̃s huius* ☉. ANNI 1607.

SOL ☉, & ☽ in terminis ♀ Veneris, quæ de eorum gradu Ecleiptico disponit, collocantur. ♃ Iupiter generalis, & præcipuus Ecleipsis dominus & rector est ob ♓ signum: Is enim in Throno, in Carpento, & solio regio, & in termino suo de dignitatib. suis gloriatur, Ergo potentiss. Domin⁹ in 11. domo est. ♀ deinde

inde exaltatur, & in Triplicitate ſua aquea eſt etiam in 11. domo, ergo particeps dominij Ecleipſis ob hæc teſtimonia reperitur. ☉ verò deſtitutus omni dignitate eſſentiali, & Peregrinus prorſus debilis eſt, vt ☽, niſi quòd in Triplicitate nocturna eſt, ſecundùm Tabulam vulgarem dignitatum Eſſentialium, quæ, ſi in ♋ ♏ & ♓, ♂ Triplicitatem habet, (vt Leouitius tradit) diurnam & nocturnam; particeps non erit huius dignitatis, ac proinde Peregrina eſt.

Stellæ Solem Ecleipſatum in ♓ circundantes ſunt de natura ♄ & ♃.

Prima Decuria ♓ ſignificat cogitationes multas, itinera, & acquiſitiones ſubſtantiarum, & vitæ neceſſaria. Signum verò ♓ bicorporeum eſt, quod in æthica ſignificatione homines notat: & in Bruma ſecundùm Phyſicam ſignificationem, ☉ obſcuratus in Piſcibus, aues & piſces lædit, damna in aquis, & aquatilibus ſignat.

In Oriente Ecleipſis facta ſignificat damnum in iis quæ primùm oriuntur, quæ ſunt in prima ætate, ſeu prima habent initia, prima germina, flores, pueritiam, adoleſcentiam, ſcholas, tyrones, fundamenta.

MIRABILE prorſus eſt, quòd tot Planetæ ad locum Ecleipſis confluant, quæ quidem adunatio Planetarum non niſi mirabiles euentus rerum prænunciare videtur. Itaque cùm ☉ & ☽ in 11. domo collocentur: vnde ſtatus amicorum fidelium, & Conſiliariorum Regum & Principum, &c. ab Aſtrologis depromitur: Deinde cùm Dominus Ecleipſis ♃. ſit Dominus 8. & 12. domus in Sextili ♄ aſpectu conſtitutus, hoc eſt, cui ♄, eleuatur prope cuſpidem 10. domus, Medij cœli, Fucatæ non niſi amicitiæ Regum: Conſilia callida, & ſubdola, machinationes ſecretæ, & conſpirationes mortis in aliquem Regem, ſeu Principem ſub 7. gradu ♓ vel ♍, vel ♊, vel ♐ natum prænunciari videntur. In ſumma mirabile quidpiam cauſa regalium rerum, & perſonarum notatur.

Benefici tamen Planetæ ♃, & ♂ Domini gradus Solis in 11. fortunati, & biſelices Solem & ☽ circumdantes, ſiniſtras huius Ecleipſis operationes lenire, & temperare poſſunt, niſi ☋ Cauda Draconis aliquid detrimenti vel venenoſi, aut damni iniiciat & ſua malitia cauſet. Plus tamen authoritatis & potentiæ fœlicium rerum ſignificatarum hoc in negocio Copulæ 4. Planetarum ſi-

mul etsi platicæ ♃ ☉ ♀ ☽ tribuitur, quàm vni soli Infortunio ♑. etsi ✶ ♄ ♃ partialis tamen nihil adiuuet.

Cardanus de Ecleipsibus hoc sentit, *Ecleipses*, inquit, *triplices habent Vires: Potentem, ratione Coniunctionis; Vel oppositionis: Generalem, quoniam infrigidant lentè, atque ideò in multos extenduntur dies effectus: Et propriam, quæ à loci Dominatore, seu Domino Ecleipsis habetur. In specie verò Ecleipses in aqueis Signis, ob imbrium abundantiam, sterilitates, & pestes portendunt.*

Proclus verò de Ecleipsibus ☉ in 10. primis gradibus ♓ censet *Fluminum exsiccationem, & maritimorum infortunium.* Quæ sententia *Cardani* opinioni aduersari videtur, nisi conditio aliqua aliorum accidentium adhibeatur, talium, aut eiusmodi quæ hac in nostra ☉ Ecleipsi contingunt, conglobatio nempe Planetarum, & aspectus Domini illius nempe ♃ cum ♄ infortunanti, & vim suam vi addenti, & similia, quæ vires suas & operationes viribus singularibus, & simplicibus mirificè addere solent; Cuius rei exempla multa in Meteoris habemus.

Iupiter ♃ itaque Dominium Ecleipsis nactus generaliter rebus incrementa confert. Sed peculiariter cùm ad genus humanum euentus pertineant, largitur gloriam, amicitias, tranquillitatem, pacem; dona regum promittit; gubernatores gloria, magnanimitate, & magnificentia ornat. Animantium vtilium abundantiam efficit. In aëre temperamentum salubre, ventosum, humidum, alens res è terra nascentes. In aquis fortunatos nauium cursus, mediocria fluuiorum incrementa: & in terra frugum copiam, & similia pollicetur.

Venus ♀ verò Dominij particeps Ecleipsis Fortunatos, & frugiferos annos promittit. In aëre temperatos ventos, humidos, temperiem, tempestiuas pluuias, fluminum vtiles exundationes, frugum abundantiam, & alias commoditates afferre solet.

Hæc addere visum est ne putet quis Ecleipses semper mala portendere. Cùm dispositio eius bona, & fausta, collocatio Dominorum eius optima in cæli figura, infausta sanè, & aduersa plerumq; vanida reddat, vel saltem mitiget & leniat: Nisi his contrarius habitus commisceatur. Quod erat dicendum contra id quod *Leouitius* sine exceptione in prædictionibus Astrologicis suis in medium affert, *Operationes* nempe *Ecleipsis* ☉ 1. *semper intensiores esse, & plus nocumenti adferre quàm* 10. *Lunarium.*

Quic-

Quicquid tamen id sit, Quia hæc Planetaria συνοδός, & conglobatio in Piscibus ♓ humido & frigido, pluuiali nempe contingit, quod ad meteora, aëris statum spectat, Non aliam huius Deliquij ☉ significationem esse statuimus, quàm quæ accidit Anno 1598. mense Februario die 25. In quo similis Ecleipsis, cum qua hæc cum suis significationibus & operationibus magnam cognationem habet, in 17. gradu ♓ accidit: Eámque etiam operationem manifestandam sub tempus magnarum virium ☉ Ecleipseως magnæ, quæ anno 1605. Octobris die 2. visa est, quæque adhuc durabunt, nempe inundationem multarum pluuiarum, ventorum Meridionalium vehementem irruptionem, tempore suæ Directionis effectuum, Astrologorum omnium Decreto.

Confirmat hoc non solùm copula illa Planetarum mirabilis in ♓ Piscibus, sed etiam status stellarum fixarum, & violentarum in Horoscopo, nempe Pleiadum, & Capitis Algol, seu Capitis Medusæ in ♉ Tauro cum Sextili aspectu ♄ & ♃, coniunct. ☌ ☽ ☉, & ♃ Prædominantis.

Cæterùm, Qui in genituris suis 7. graduum Piscium habuerint in Horoscopo, vel ☉ Solem, ☽ Medium Cœli, vel ⊗ Partem Lunæ in eodem signo vel in ♊ ♍ ♐: Prouinciæ item & ciuitates tertio Quadrangulo Zodiaci quæ subiiciuntur, ij vim potentem huius Ecleipsis Solaris experiri poterunt.

EFFECTVVM SOLARIS Deliquij huius QVANTA *Duratio sit.*

PTOLEMEVS Astrologorum Rex, libro 2. Quadrip. capit. 6. dicit, *Quotquot horas inueniemus in ☉ Ecleipsi, tot pronunciandos esse annos, quibus durabunt Effectus.* Duratio autem huius Ecleipsis est 1. horæ 46′. Vnus igitur iam annus durationis effectuum numeratur. Ac pro 46′. illis minutis adiacentibus 1. horæ sic κατ᾽ ἀναλόγιαν ratiocinandum erit.

60′. minut. horæ dant annum, 365. dies nempe, quantum dabunt 46′. minuta?

Ducto 2. numero in tertium, productóque eorum ex multiplicatione 16790′. diuiso per 60′. horæ, quotiens erit 279. dierum.

Ergo duratio Effectuum Deliquij huius ☉ erit per 1. annum & 279. dies.

INITIUM, ET FINIS
Effectuum quando designatur.

PRIMÒ ☉ in nostro Horizonte oritur hora 6. 37'. die 16. Februarij, quo hæc Ecleipsis ☉ contingit. Et medium Ecleipsis est hora 7. 56''. ante meridiem à Media nocte, post Solis Exortum. Quare subtracto Ortu ☉ à Medio Ecleipseωs Interuallum inter Ecleipsim & Ortum ☉ erit 1. horæ 19'. scrupulorum.

Deinde Tempus diurnum integrum diei 16. consideratur. Quod fit sublato Ortu ☉ à 12. horis Meridianis, vt sit Tempus Occasus ☉ vel Tempus semidiurnum, quod duplatum efficit integrum Tempus diurnum.

Meridies	12. hor.	0.	minut.
Ortus ☉	6. hor.	37.	min.
Interuallum	5. hor.	23'.	
	5.	23.	
Tempus integrum diurnum,	10. *hor.*	46'. 16. *diei Febru.*	

Iam dico per *ἀναλόγιαν* 10. *hor.* 46'. *dant* 365. *dies, quantum* 1. *ho.* 19'?

646'.	79'.	79'.
	3285.	
	2555.	
	28835. *Productum.*	

Producto diuiso per primum numerum dat in Quotiente 44. dies.

Ergo post 43. dies ab Ecleipsi ☉ elapsos, hoc est die 1. Aprilis eiusdem anni 1607. incipiet hoc Deliquium suas vires manifestare, Quæ ad 3. diem mensis Ianuarij anno 1609. se extendunt, hoc est ad annum integrum ab initio Effectuum cum 279. diebus.

Porrò reductio virium huius Defectus ☉ eodem modo fit, quo in præcedenti Calculo Ecleipsium ☉ & ☽ anni 1605. demonstratur. Quò curiosiores hac in re remittuntur. Atque hæc de hac Ecleipsi Solis, quæ accidet Anno CHRISTI DEI 1607.

PRIO-



PRIORIS LVNARIS ἘΚΛΕΊΨΕΩΣ,

Quæ Anno Christi Dei 1607. die 3. mensis Martij anni Iuliani, vel 13. anni Gregoriani in Ortu continget,

ΕΠΙΛΟΓΙΣΜΟΥ ΤΗ͂Σ ΨΗΦΟΦΟΡΙ΄ΑΣ

Breuissima Explicatio.

MEDIA *Oppositio magnorum Luminarium ☉ & ☽ fiet 2. die Martij horis à Meridie Latobrico Lemanno elapsis Astronomicis* 17. 44′. 31″.

Interuallum verò inter Mediam & Veram Oppositionem erit hor. 11. 28′. 16″. *Addēdū. vt Vera Oppos. cadat in 3. Aprilis diem hora* 5. 12′. 47″. *Post Meridiem.*

Et Temporis προσθαφαίρεσις *subtrahenda erit* 1′. 59″. *quæ offert, & ostēdit Tempus verum & apparens huius Lunaris Deliquij, hora* 5. 10′. 48″. *P. M. Die ergo* 3. *Martij anni veteris, hora* 5. *Pomeridiana* 10′. *minutis,* & 48″. *secundis scrupulis horæ, tempore apparenti à Meridie Latobricis Lemannis populis & adiacentibus erit, & accidet Plenilunium Ecleipticum.*

Hoc tempore Sol ☉ erit in 22. *gradu* 11′. *min.* 15″. *Piscium* ♓, *Locus verò ☽ erit in* 22. *gradu* 11′. *min* 15″. *Virginis* ♍, *Soli ex Diametro opposita, à Nodo Euehente* ☊, *qui in* 12. *gradu* 2′. ♍ *reperitur,* 10. *gradibus* 9′. *ferè distans.*

	Sign.	grad.		
Anomalia ☉ Coæquata est	8.	10.	43′.	51″.
Anomalia ☽ coæquata erit	1.	29.	0.	0.
Motus latitudinis ☽ verus	9.	10.	10.	15.
Et Latitudo ☽ vera erit		0.	52.	54.
Semidiameter ☽ apparens erit			15.	34.
Vmbræ verò Semidiameter terrenæ			44.	47.
Variatio Vmbræ terræ, subtrah.				34.

R

Coæquata semidiameter Vmbræ 41′. 13″.
Aggregatum Semidiametrorum 56. 47.
Et Pars Deficiens Lunam 3. 53.
DIGITI ECLEIPTICI 1. 30′. *ferè.*
Scrupula Casus ☽ *in Vmbram terræ collecta* 20′. 39″.

Et facta diuisione scrupulorum Casus per motum ☽ horarium, vt per τῶ ἐπιβάλλοντος ἀναλόγιαν fieri oportet, producitur Tempus Incidentiæ, hoc est quantum temporis emetiatur ab initio Deliquij sui ad Medium,

Motus ☽ *horarius Per Anomaliam eius sumptus*, erit 27′. 52″.
27′. ergo, 52″. dant horam, id est 60′. quantũ dabũt 20′. 39″. Casus

Tempus Incidentiæ, vel Casus ☽ *in Vmbram terræ tenebrosam* erit, facta multiplicatione 20′. 39″. per 60′. & producto, per 27′. 52″. 44′. minutorum 29″. Vt sit

Tota Duratio Ecleipsis ☽ 1. *Hora* 28′. 58″.

Conspicitur ergo huius Ecl. Initiũ	*Hora*	4.	26′.	19″.	*à Merid.*
Mediũ, verò, seu Vera Oppos. ☉ ☽		5.	10.	48.	
Et Finis Deliquij ☽ *continget*		5.	55.	17.	

Cæterùm, Quia eo die 3. Martij ☉ nobis occidit hora 5. mi. 47′. ac quidem Finis Totalis obscurationis ☽ ex vmbra terræ expeditè demonstratur contingere hora 5. 55′. 17″. à meridie, Sequitur inde si tollatur ☉ Occasus à Fine Ecleipseωs nobis neque principium neque medium visibile esse: sed finem tantùm, vel exiguam corporis ☽ ecleipsati partem superstitem, & apparentem nobis conspicuam fore, oriente Luna, nisi nubium caligo cœlum obducat, vel etiam montium altitudo visum eius impediat.

Hæc est ratio, cur hîc eius ampliorem descriptionem facere non necessarium esse duxi, Typum itaque Ecleipseωs ☽ ob exiguam obscurationem, quia etiam supra nostrum Finitorem ob dictas, aliásque rationes fortasse non obseruabitur, consultò neglexi. Schema item Figuræ cœlestis ad Medium Deliquij, cum Astrologica descriptione accidentium & Effectuum eius non necessaria curiosioribus erigendum & describendum reliqui: quia etiam, vt Ecleipsium, quæ Orientalibus tantùm populis apparent, & conspicuæ sunt, iis tantùm significata quadrare Astrologi docent, & pronunciant, sic ad nos pertinere illa, nec nobis applicari debent, quæ ab hoc Deliquio, quæcunque illa sint, significari possunt, eò quòd nobis hæc inconspicua ferè erit.

Atque hæc sufficiant de Ecleipsi hac ☽, quæ accidet
Anno Christi DEI. 1607.

POSTE-

POSTERIORIS LVNARIS ECLEIPSIS,

Quæ anno ἀπὸ τῆς ΧΡΙΣΤΟγονίας 1607. sese offeret, die 27. mensis Augusti anni Iuliani, vel 5. Septembris breuis Declaratio, & Explicatio.

SOLIS, & LVNÆ Media Oppositio continget 26. die Augusti, horis à Meridie elapsis & completis Astronomica consuetudine numerando in nostro Latobrico Lemanno Meridiano 22. 8'. 50". Vel 27. Augusti horis à Media nocte initium trahentibus, Romana consuetudine numeratis 10. 8'. 50".

Interuallum inter Mediam, & Veram Diametrum Luminarium ☉ & ☽ erit 6. Horarum 41'. 10". Subtrahendum, vt Vera Oppositio fiat elapsis diebus mensis Augusti 26. horis à Meridie 15. 27'. 40".

Προσθαφαίρεσις verò temporis, vel æquatio diei est add. 7. 58.

Tempus apparens, & verum, veræ oppositionis ☉ & ☽ 15. 35. 38.

Hoc est 27. die Augusti hora 3. 35'. 38". à media nocte præcedente 27. diem erit verum Plenilunium Ecleipticum Lemannis Latobricis, & adiacentibus populis.

ACQVISITVM DE STATV *Motuum Cœlestium.*

SOL eo tempore, & hora, minutóque versatur in 12. gradu 40'. 35". Virginis. Luna verò ecleipsata, & in vmbra terræ oram immersa erit in 12. gradu 40'. 35". Piscium. Et distabit ☽ à ☋ Nodo deuehente 10. gradibus, reperitur enim Caput Draconis in 2. gradu 40'. ♍.

	Sign.	grad.		
Anomalia ☉ Coæquata erit tum	2.	4.	36'.	27".
Anomalia ☽ coæquata numerabit	6.	18.	59.	40.
Verus latitudinis ☽ Motus à Bor. li.	3.	10.	0.	14.
Et Latitudo ☽ vera erit		0.	32.	2.
Semidiameter ☽ apparens			17.	43.
Semidiameter Vmbræ terræ			49.	26.

Variatio Vmbræ terræ subtrah.		0	14
Coæquata semidiameter Vmbræ		49.	12.
Aggregatum Semidiametrorum erit		66.	55.
Et Pars Deficiens Lunam in Vmbra		14.	53.
DIGITI ECLEIPTICI *in* ☽,	5.	2.	25.
Scrupula Incidentiæ, vel Casus in Vmbram		42'.	1".

Hinc facta diuisione eorum per Motum ☽ horarium, qui erit 34'. 40".


Tempus Incidentiæ erit 1. *Hora,*	12'.	43".	
Tota Duratio ergo erit 2. *Horarum*	25.	26.	*Defectus Lunaris.*
Latitudo ☽ ad initium Deliquij est	48'	10".	*Meridionalis desc.*
Et ad finem Ecleipsati sui corporis	55'.	54".	*etiã merid. Descẽd.*

		Hor.		
Huius ergo obscurationis ☽ Initium erit	Hora	2	22'	55"
Medium, vel Vera Oppositio ☉ ☽		3	35	38.
Et Finis Ecleipseos ☽ continget		4.	48.	21.

Ante Meridiem 27. *diei Augusti* 1607.

TYPUS OBSCURATIONIS

Corporis Lunaris 27. Augusti die, 1607. manè: Sole constituto circa Medias Longitudines Eccentrici sui orbis.



Has

Hæc porrò Ecleipsis tota nobis conspicua erit super Finitorem nostrum, cùm Deliquij principium sit hora 2. 22′. à Media nocte; & exitus obscurationis ante ☉ exortum (qui tum nobis erit eodem die hora 5. 31′.) hora 4. 48′. nempe 43′. horæ restantibus à fine Defectus ☽ huius ad ☉ Ortum.

EXPLICATIO, & Declaratio huius Defectus Lunaris exemplari demonstratione superioris Ecleipseωs Anni 1605. quæ mense Martio 24. die accidit, fieri potest. Est enim illa, vt fuit tota Meridionalis Ascendens: hec verò Meridionalis Descendens. Illa tota obscurabatur in vmbra Terræ sine mora: hæc tertia cum duodecima sui corporis parte, & ampliùs obscurabitur. Illa in Oriente: hæc in Occidentali plaga continget.

Demonstratio verò ocularis eius in Cœli Quadrantis Plano cum suis lineis arcubúsque motus, in Epicyclo suo posita ☽, eadem ferè erit, quæ in illa 1605. superioris anni mense Martio facta est: hac solùm differentia posita, quòd Anomalia coæquata, quæ in Epicyclo ☽ consideratur, & numeratur ab Apogæo, in illa anni elapsi fuit 5. Signorum 6. grad. 27′. ferè, quæ maiorem sui corporis obscurationem dedit, 6. gradibus à Nodo Euehente distans cum latitudine Meridionali 31′. 18″. cum colore obscuro rubeo, seu rubiginoso, mixto albedine. In hac verò est 6. Signorum Zodiaci 19. grad. ferè. Ergo ☽ transgressa erit Perigæum Epicycli, cum distantia à Nodo Deuehente 10. gradibus, versus Ortum, & latitudinem habens 52′. 2″. versus Meridiem.

COLOR IN LVNA
Ecleipsata Qualis sit.

LATITVDO ☽ vera erit 52′. 2″. quæ ad Medium Ecleipsis in ora vmbræ facit in Lunæ corporis ecleipsata parte colorem griseum album.


Latitudinis verò ☽ verus motus à Boreo limite erit 3. Sign. 10. gr.
Cui additus Quadrans circuli, hoc est 3. Signa Zod. 3. Sign. 0.

Argumentũ latitudinis ☽ à Nodo Ascendẽte ☊ erit 6. Sign. 10. gr.

Quo argumento capitur color ☽ ecleipsatæ in Tabula de Colore Ecleipsium ☽, nempe Nigerrimus.

His itaque coloribus ſimul commixtis inter ſe quadam proportione, Color eius Niger cum pallore griſeo, vel Obſcurus mixto griſeo, niſi rubigine quadam tingatur, deſignari poteſt.

Qualis verò Cœli, ac Syderum poſitus in Cœlo ad Tempus Mediæ, & Ecleipſatæ Lunæ futurus ſit, eum figura ſequens cœleſtis euidenter oſtendit.



ASTROLOGICA RATIO,

Et Breuis Ratiocinatio in cœleſtem huius Lunaris Ecleipſeos Figuram.

IVPITER Gubernator ſolus Ecleipſis eſt. Diſponit enim de Signo Piſcium ♓, & de gradu Ecleipſatæ Lunæ, in quo ſibi terminum vendicat. Is in ignea Triplicitate collocatur, & in 8. domo cœli, quæ mortis & funerum, &c. eſt malè & infeliciter per acci-

accidens repedat. Deinde & 8. domui præest, & in eam immergitur.

Luna verò Iouis captiua & serua, è Signis breuium Ascensionum Sextili qui radio sinistro æquiualet, radio à Saturno naturæ hosti obsessa est. Ea deinde sibi 12. domus, quæ κακοδαίμονος est, Dominium sortitur ob Cancrum ibi interceptum: Tertiò Saturnus potens, quintum possidens, sextæ, quæ Infirmitatem, seruorum, & minorum animalium significatrix est: & 7'. quæ rixarum, bellorum, & matrimonij est, &c. domui imperat.

Primùm ergo, cùm locus Ecleipsis in 7. domum cadat, grauia bella, pugnas, & seditiones vulgi suscitat, & ad cædes, rapinas, manifestáque crimina instigat. Deinde proditiones, & multis personis violentæ mortis laqueos inducit, vnde pre desperatione vltrò sibi mortem consciscent; eò quòd loco Ecleipsis pateat 12. domus, horum cum 8. & 7. Significatrix. Ea, & similia designantur mala, quæ anno 1590. manifestata sunt, in quo Effectus ☽ Deliquij, quod anno præcedenti 1589. accidit, 15. Augusti in 3. gradu ♓, ac in 12. domo cœli, maximè sensibiles, & perceptibiles fuerunt. Magnam cognationem hæc cum illa habet in significatis.

Quantæ, quæso, & quàm Diabolicæ proditiones minitata est? Pars Nobilium eo anno finiente 1589. defectionem meditata est, à quibus etiam ocultæ insidiæ erga suos Magistratus factæ sunt, & vicissim Magistratuum erga eos. Status Ecclesiasticorum odio, periculis, ac persecutionibus expositus fuit: & mutationes tam in religione quàm in politiis impenderunt. Apparatus belli maximus ab ea Ecleipsi minabatur propter aduentum crudelis hostis cuiusdam, qui se in alienum Dominium per fas & nefas intrudere conatus est. Ac inde ex hoc nimirum stratagemate plurimi præ desperatione vltrò sibi mortem consciuerunt. Recens est adhuc memoria.

Statum præterea infelicem Religiosis personis & rebus minatur, ac varios morbos generat in ♈. Iupiter à ♄ Saturno partiliter sauciatus, vtpote Pestilentiam, Apoplexiam, spasmum, dolores capitis, passiones, & ventositates in corpore. Infestat etiam morbis calidis, & pestiferis infantes Iupiter 5. domui imperans in ✶ ♄ radio.

Proclus super Ecleipses ☽ pronuntiat Lunam Ecleipsatam in medio denario ♓ Piscium, Magni, Præstantísque viri obitum. Hic de natura ♃ notatur esse.

Verùm, cùm Iupiter per se consideratus, sit Fortuna maior, beneuolus, fausta pronuncians, mala leniens, & decernens in dominio suo ea, quæ in superiori ☉ Ecleipsi dicta sunt, huc referri possunt; ita tamen vt cum obscuriori significatione, vel cum fusco virtutum eius, & cum felle immixto ea hîc considerentur. Deinde cùm Paruæ Ecleipses parùm noceant, & in pauca operentur: Mediocres verò, vt hæc est, in multa quidem, & maiorem habeant efficaciam: Sequitur inde, nempe ex beneuolentia fuscata, & natiua ac naturali Iouis viciata quodammodo natura, & inclinatione, item ex mediocritate huius Ecleipsis ☽, Operationes etiam mediocres eius esse futuras, ex sententia atque iudicio Astrologico.

Porrò in Æstate cùm hoc Deliquium ☽ contingat, Messem, & importationem frugum minatur. Et in Signo Piscium Meridionali posita ☽ nimborum, ventorum, & pluuiarum fluxus inordinatos, & inquietos afferre solet, & aquatilibus damna infert. Ac postremò in plaga Cœli Occidentali ecleipsata Luna, decrescentia, & occidentia, fini sui propinqua, quæque iam inclinant ad mutationem significans, Senes affligit, Consuetudines variat, & earum in Politiis mutationes, afferre solet.

Quibus igitur hominibus in natiuitate, vel reuolutione 13. graduum ♓ Piscium ♍, ♐, aut ♊ ad locum Horoscopi, ☉ ☽, Medij Cœli, Partis Lunæ ☊, reliquorúmque Planetarum exactè vel absque interstitio 5. graduum ceciderit, ij potissimùm antedictis, obscuratis, vel fucatis significatis huius ☽ Deliquij, iisque malis detineri poterunt. Quæ etiam se ad regiones eas, & ciuitates, quæ 3. Zodiaci Quadrangulo parent, extendunt.

EFFECTUUM DELIQUII
☽ *Duratio* QVANTA *designatur.*

TOTALIS Durationis tempus in hac Ecleipsi ☽ est 2. horarum 25'. Duo igitur menses ex duabus horis colliguntur in Quantitate durationis effectuum. Ac pro 25'. illis adiacentibus minutis horis duabus sic κατ' ἀναλόγιαν τῦ ὑπαλλαλογος tempus eruitur,

60'. minuta dant 30. dies, quantum dabunt 25'. minuta?

Ducto ergo 25. in 3. numerum, productóque eorum 750''. per 60.

per 60. primo numero diuiso, Quotiens erit 12. dies cum 12. horis temporis: Qui dies & horæ correspondent, & debentur 25'. minutis.

Ergo duratio Effectuum Deliquij huius ☽ se extendit ad duos menses, cum 11. diebus 12. horis. Nam residuum, post diuisionem 750'. quod est 30'. sexagenatum, dimidiam diei naturalis partem; hoc est 12. horas, metitur hac in Eclcipsi ☽.

INITIUM, ET FINIS

Operationum huius Deliquij quando sit.

Meridies,	12. *hor.*	0'. *minut.*
Ortus ☉ *die* 26. *Augusti*	5. —	31.
Occasus ☉ *die* 27. *Augusti*	6	29
	6.	29.
Quantitas diei eiusdem est	12. *hor.*	58'.
Dies naturalis est	24 —	0'
Quantitas diei 27. *Augusti*	12 —	58'.
Quantitas noctis diei 27.	11.	2.

Integrum itaque tempus nocturnum erit 11. horarum 2'. minutorum.

Deinde Interuallum, quod est inter ☉ Occasum, & Medium Ecleipsis erit notum si subtrahatur Tempus Occasus ☉ ab horis Medij Deliquij.

Tempus Medij Deliquij ☽	15. *hor.* 35'
Occasus ☉ *tempus erit*	6. — 29.
Interuallum Occas. & Ecleips.	9. — 6'. *scrupulorum.*

Iam dico, 11. *hor.* 2'. *temporis nocturni dant* 365. *dies, quantum* 9. *ho.* 6'?
662'. 546'.

Ratione horum trium numerorum proueniunt dies 301. quos cùm à die Ecleipsis 27. Augusti antrorsum numero, perducor ad primam diem Iunij, anni à Christo DEO 1608. Quo Ecleipsim ☽ propositam Effectus suos inchoaturam esse determino. A quo deinde si Duratio Operationum seu Effectuum

eius, suprà inuenta antrorsum adhuc numeretur, nempe 2. menses & 12. dies, Finis Deliquij huius Effectuum omnium, & aberratio eorum erit die 10. Septembris anni eiusdem 1608. Quod erat demonstrandum.

Porrò Reductio virium eius eo modo, quo suprà in Ecleipsibus ☉ & ☽ Anni 1605. demonstratum est, fieri potest. Atque hæc de hoc ☽ Deliquio anni à Christi Passione 1574. ab eius Natiuitate 1607. & à condito orbe, 5577.



ASTRO-

ASTRONOMICVS
ΨΗΦΟΦΟΡΙ'ΑΣ
ἐπιλογισμὸς

PLANETARVM 5.
♄. ♃. ♂. ♀. ☿.

HORIZONTE HELVETICO,
& Meridiano Latobrico, & Lemanno
aptatus, & accommodatus.

OPVS NOVVM,
Quod hactenus occultum, παραδειγματικῶς declaratur.

In Astronomiæ Studiosorum, & tyronum gratiam, vsum, & commodum, facili methodo conscriptum.



AVTORE

ELIA MOLERIO, *Heluetio*, ASTRONOMIÆ φίλῳ.



ΕΠΙΛΟΓΙΣΜΟΣ
ΤΗΣ ΨΗΦΟΦΟΡΙΑΣ
ΤΩΝ ΠΛΑΝΟΜΕΝΩΝ
5. ♄. ♃. ♂. ♀. ☿.

Ad Annum Christi DEI, *Cœli & Terræ Creatoris*, 1607. *& ad tempus visæ, & Ecleipticæ συνόδου magnorum Luminarium ☉ & ☽, quæ fient die* 15. *Februarij, horis à Meridie Astronomicis* 19.56'. *elapsis: vel Romana consuetudine numerando, die* 16 *Feb. horis* 7. *min.* 56'. *à media nocte numeratis, & initium trahentibus.*

CANDIDO LECTORI,
Pióque Astronomiæ Studioso, S.

CUM in superioribus Ecleipsium ☉ & ☽ ἐπιλογισμοῖς τὰ ὑποδείγματα de statu motuum cælestium παραδειγματικῶς ad Medium temporis Ecleipsium momentum instituta sint: Quod nihil aliud est, quàm vera loca earũ, ex Tabulis Prutenicis, & Astronomicis ad quodlibet tempus propositum deprompta demonstrare, ac ad amussim particularia illa orbium Cœlestium, quæ in calculo motuum illorum necessaria sunt, illustrare; Ratio huius mei instituti, Quare hoc scilicet 5. Epilogismos 5. Errantium Cœli ♄. ♃. ♂. ♀. ☿. præcedentibus duorum magnorum Luminarium ἐπιλογισμοῖς addiderim, fuit, Quòd Astronomos, qui Annorum Ecleipsium Explicationes, Descriptiones, & Declarationes conscripserunt, Tyronibus, & mediocriter versatis in arte Astronomica, obscura nimis, & difficilia intellectu, in Ephemeridibus annotata perhibere, breuique nimium, & obscuro compendio, absque facili, claráque doctrina Ecleipses ☉ & ☽ scribendi, & demonstrandi methodum amplecti viderem.

Cupidus

Cupidus ergo voluntati, desiderióque multorum Astronomiæ tyronum & Studiosorum hac in re satisfaciendi, Motuum cœlestium Calculum, quem ἐπιλογισμὸν τῆς ψηφοφορίας Græci vocant, in Ecleipticæ ☉ orbitæ longum, & latum, integrum, & iustum, si à me fideliter fieri potuit, hactenus obscurum, & quodammodo celatum ab aliis, omnibus Astronomiæ studiosis tyronibus facili methodo patefacere, & declarare, vt in animo fuit, placuit.

Res, sanè, vt alta, satisque ardua; sic pulcherrima, ac liberali ingenio dignissima est, Pro Longitudine nimirum, & pro Latitudine Obliqui circuli, ☉ orbitæ Ecleipticæ, varios, diuersos, dissimiles, inæquales τῶν 7. Πλανωμένων καὶ φάεσιν illustrium, & mirabiles inquirere motus; spacia, & dimensiones, interualla illorum &c. ad certa tempora exactè scrutari, & ex Tabulis cœlestium motuum venari, ad rectum Astronomiæ vsum, ad maximam delectationem, & admirationem studiosorum. Quam proinde rem in publicum, vt ex tenebris in lucem adductam, afferre operæpretium esse duxi.

Vtile namque est ista scire. Cùm enim non solùm iucunda sint, delecténtque domi, ruri, forísque, sed perutilia sint omnibus iis rectè & iustè vtentibus, cum Sacro-Sancta Theologia magnam cognationem habent, quippe quæ *Enarrent Dei gloriam*, Psalm. 19. & his in cœlo, expansione illa cœlesti creatis, & visibilibus Stellis, Potentia Dei, Sapientia, Iustitia, & Bonitas admiranda agnoscatur, & ex animo celebretur.

Docent nos ista, ex periodico scilicet menstruo, vel annuo, vel alio maiori eorum interuallo, motu suo, de fœlicitate æterna post terminum, ac periodicum vitæ mundi motum corruptum, & infœlicem, fruenda, cum vitæ æternæ (omnium malorum fine) gaudio stupendo, in incomprehensibili, beatissimóque animarum & corporum simul nostrorum, & fidelium statu, &c.

Visum itaque fuit hoc opus τῶν ψηφοφοριῶν ἐπιλογισμῶν, ad maiorem Astronomiæ studiorum αὔξησιν, & dilucidationem; præsertim verò vt inde maior DEI Summi gloria illucescat, extendere etiam ad alios 5. Planetas Cœli φάεις; ne fortè quis hoc desideraret, aut imperfectionis Operi ἐπιλογισμῶν superiorum aliquid inesse existimaret: Néue sic studiosæ Iuuentuti dono hoc meo qualicunque Diuinitùs mihi concesso vltrà deesse viderer.

Quod igitur, vt paucis agam, Candide Lector, Tyronibus optimæ ſpei Aſtronomiæ ſtudioſis ex animo, ocioſis horis hîc in 5. Planetas conſcriptum, vnà cum Calculo Ecleipſium, (doctrina nempe de ſupputandis in omne æuum Ecleipſibus, & locis ab Apparenti Æquinoctio earum & 5. aliorum Planetarum,) eorúmq; omnium facili declaratione, & oculari demonſtratione in Plano cœli Quadrantum, cum Eccentricis & ſuis Epicyclis &c. offero. Id æqui boníque conſulas, pio animi affectu interpreteris, accipias, & approbes, vt eo, tanquam Doctrina de ſupputandis Planetis ad omne tempus, in lucem de Nouo nata, grato, quo decet, animo fruaris, oro, & ſummoperè precor. Vale.



AD MO-



ADMONITIO,

De præparando tempore, eóque æquando ob Meridianorum à Prussico dissidentium differentiam, & dierum naturalium inæqualitatem.

DVÆ causæ sunt, quare propositum aliquod Tempus ὑποφορείας æquari interdum oporteat; Vna est *Dierum naturalium inæqualitas*: Altera verò est *Meridianorum Varietas*, quibus inter se versus Ortum & Occasum loca Terræ discrepare intelliguntur. Quia autem instituti nostri est hos ἐπιλογισμοὺς ad Tempus veræ copulæ Luminarium ☉ & ☽ Ecleipticæ Anni 1607. παραδειγματικῶς conscribere, ac demonstrare vera quæ sint in Zodiaco Planetarum 5. loca ab Apparenti Æquinoctio,

Tempus veræ συνόδου Ecleipticæ ☉ ☽ suprà annotatum, est Februarij Die, Hor.
16. 8. 32′. 3″. à Media nocte.
In Meridiano Latobrico Lemanno numeratis.

Astronomicum hoc tempus Æquale quia est, non ciuile, vel inæquale, mensura motuum cœlestium erit in nostro calculo. Ad hoc enim dies æquales esse oportet, vt suprà in ἐπιλογισμῷ Solaris Deliquij dictum est: ideò ad illud tempus omnes motus colligendi erunt, vt reliqua ad hoc negotium necessaria habeantur.

Verùm antequam ad rem ipsam veniamus, hoc notandum erit, & admonere visum est, In colligendis motibus cœlestibus, qui in Canonibus Prutenicis (quibus vti volumus) quales sint demonstrantur, quorum rationes ad Meridianum Montis Regij Prussorum referuntur, Si ad Tempus nostrum propositum veræ συνόδου ☉ ☽ colligantur, Collectionem, vel Summam eorum ad Meridianum Prussicum illum, non ad nostrum propositum fore; hoc est ad 1. horam 11. minuta minùs nostro tempore proposito motus cœlestes nostri Meridiani habita ratione collectos extare.

Ratio. Si namque in minori eorum horologio numeran-

tur 8. horæ, 32'. 3". in noſtro Latobrico numerantur ſolùm 7. horæ 21'. Quia à Meridiano Pruſſico Montis Regij Meridianus noſter Lemannus Latobricus 1. hora, 11.minut. temporis: hoc eſt 18. ferè gradibus Æquinoctialis circuli motus verſus Occaſum diſtat.

Quare vt ψηφοφορεία τῶν ἐπιλεγομένων horum Πρυτενικῶν rectè inſtituatur; hoc eſt, vt motus cœleſtes, qui ex Canonibus Prutenicis excerpuntur, ad noſtrum Meridianum accommodentur, erit Tempori propoſito veræ copulæ ☉ ☽ nempe 8.horis 32'.3". addenda 1. hora cum 11. minutis, vt ad 9. horam 43'. 3". temporis Pruſſici collecti motus, ſint nobis tantùm ad horam 8. 32'. 3". rectè in noſtro Meridiano collecti.

Nam in colligendis motibus cœleſtibus pro locis vel Meridianis à Monte Regio Orientalioribus, differentia Meridianorum ab illo fixo & ad quem motus Prutenicarum Tabularum referuntur, in motibus cœleſtibus excerpendis ſubtrahenda eſt; quia plures quidem numerant horas, quàm Pruſſici populi, ſed nondum motus Planetarum, qui ex Tabulis elicitur ad eorum Meridianum æquatus eſt.

Exempli gratia. Colligitur ex Tabulis Prutenicis Motus ☽ in Meridiano Montis Regij hora Meridiana in 15. gradu 37'. 47". Scorpionis primo die Maij 1607. Diſtat autem Hieroſolyma verſus Ortum à Pruſſico Meridiano 1. hora 37. minutis: hoc eſt, Cùm Pruſſis eſt Meridies, eſt Hieroſolymitanis 1. hora 37'. poſt Meridiem. Proinde cùm plures horæ numerentur Hieroſolymis, quàm Monti Regio, non tamen ☽ erit in Hieroſolymitano Meridiano, hoc eſt 1. 37'. Poſt Meridiem Hieroſolymitanorum in 15. gradu 37'. 47". eò quòd Tabulæ Prutenicæ non ad Hieroſolymitanum, ſed ad Pruſſicum Montis Regij Meridianum referuntur, ac proinde illis Orientalioribus motus cœleſtes minores ſunt.

In Aſpectibus verò Planetarum contrarium eſt faciendum, addenda nempe eſt differentia Meridianorum illi Pruſſico, vt conſtet de horis Hieroſolymitanis: Si enim Nouilunium fiat verum Pruſſis hora Meridiei, addita differentia, quæ intercedit inter Hieroſolymam, & Montem Regium Monti Regio Pruſſico Meridiano, erit Nouilunium verum Hieroſolymis hora 1. 37'. Poſt Meridiem. Sic de reliquis horis diei Orientalibus.

Contrario modo faciendum eſt Occidentalioribus populis à Pruſſio Meridiano diſſidentibus. In motibus enim Planetarum eruen-

eruendis ex Tabulis Prutenicis addenda est differentia Meridianorum Occidentalium, quæ intercedit inter illos, & Prussicum. Etsi enim hora 8. 32'. 3". à Media nocte in Meridiano Prussico numerata; reperitur ☽, 15. die Februarij, 1607. in 6. gradu 50'. Piscium: non tamen nobis Latobricis 1. hora 11. minut. ab eorum Meridiano dissidentibus, nostra hora 8. 32'. 3". ☽ in 6. gradu 50'. Piscium erit. Quia minores horas cùm numeremus, quàm Montis Regij incolæ numerant, sequitur motus cœlestes nondum Meridiano nostro æquari ad tempus propositum nostrum, priusquam differentia Meridianorum addatur Prussico Meridiano. Quod in æquando tempore Prussico cum nostro proposito τῶν ἐπιλογίσμων πέντε πλανωμένων demonstrandum, & notandum erat.

Cæterùm in Aspectibus, & Syzygiis Planetarum tollenda differentia Meridianorum ab horis Prutenicis, vt habeatur tempus verum Aspectuum. Atque hæc de Æquatione Temporis ob Differentiam Meridianorum.

PRimò per Coæquatam Anomaliam Eccentri, quæ est 5. Dodecatemoriorum 7. grad. 39'. in Canone priore latitudinum Iouis sumuntur Minuta Proportionalia cum emendatione, ac quidem 8. gradus dant sub 5. Dodecatemoriis 44'.24".
Et 7. gradibus colliguntur ibidem, 43. 42.
Differentia, 0. 42.

Pars itaque proportionalis, quæ ex ἀναλογίᾳ τῦ ἐπιβάλλοντος debetur 39'. adhærentibus Coæquatæ anomaliæ Eccentri est 27". addenda Minutis Proportionalibus respondentibus gradui 7. Anomaliæ coæq. eò quòd Canon assurgit numeris, vt sint *Minuta Proportionalia æquata* 44'. 9".

DEINDE per Coæquatam Anomaliam Commutationis, quæ est *Sexa. gra.* *Dodecat. gra.* 5. 50. 42'. 56". hoc est 11. 20. 42'. 56". venanda est ex posteriore Canone; vel Tabula Latitudinum Iouis LATITVDO ipsa Australis quidem, quia Anomalia Eccentri, vt fert Præceptum Prutenicum 71. maior est partium 100. & minor 290. gradibus. Nempe 1. grad. 5'.


Iam per ἀναλόγιαν τῦ ἐπιβάλλοντος pars, quæ congruit 1. gradui respectu minutorum Proportionalium erit 47'. 49".

Vera igitur LATITVDO ♃, est
Grad. *Minut.* *Secund.*
0. 47'. 49".

MERIDIONALIS.
Descendens.

THEORICA IOVIS

Ad annum ΧΡΙΣΤΙ γονείας 1607. *diem* 15. *Febru. horis à meridie* 8. 32′. *in longitudine globi terreni* 27. 30.



DIMEN-

DIMENSIO ORBIUM IOVIS.

Grad.

ECCENTRICITAS Eccentrici in Figura Quadrantis est 2. 45'. linea recta a b in Apogæi linea à centro mundi ducta.

gra.

Eccentricitas Aequantis a c. Semidiameter epicycli 11. 30'. Minima itaque Altitudo à terra ♃ Iouis est 45. partium. 45'. Et Maxima altitudo 74. part. 15. qualium Semidiameter Eccentrici orbis est 60. partium.



ΕΠΙΛΟΓΙΣΜΟΣ
ΤΗΣ ΨΗΦΟΦΟΡΙΑΣ
3. Superioris Planetæ
MARTIS.

*

CONSECTARIUM
Motuum cœlestium.

	Sexa.	grad.			
APOGÆI motus simplex	2.	0.	35'.	29".	11'".
Cōmutationis vel Anom. epic.	4	56	2	24	37
Aequalis ☉ motus simplex	5	7.	8.	3.	12.
Commutationis Martis æqu.	4	56	2	24	37
Aequalis motus longitud. ♂	0	11	5	38	35.
APOGÆI motus æqualis ♂	2	0	35	29	11.
Anomaliæ Eccentri simplex	4.	10.	30.	9.	24.

Per hanc Anomaliam Eccentri sumitur προσθαφαίρεσις Eccentri in Tabula προσθαφαιρέσεων ♂ adhibita correctione,

grad.
10. 45'. 56". *Addenda vt fert Titulus.*
Et Minuta Proport. 30. 35. *asseruanda.*

MOTVVM AEQVATIO.

	Sexa.	grad.			
Anomalia Eccentri aequalis	4	10	30'	9"	24'".
Προσθαφαίρ. eccentri addenda.		10	45	56.	0.
Coaequata anomalia eccentri	4.	21.	16.	5.	24.
Longitudinis aequalis motus	0.	11.	5.	38.	35.
Προσθαφαίρ. eccentri		10.	45	56.	0.
Coaequata longitudo Martis	0	21	51	34	35
Commutationis seu anom. epic.	4	56	2	24	37
Προσθαφαίρεσις Eccentri subtrab.		10	45	56	0
Coaequata anomalia Commut.	4.	45.	16.	28.	37.

Per hanc rursus Coaequatam anomal. Commutationis venatur προσθαφαίρεσις παραλλάξεως Orbis cum Excessu adiacenti facta vtriusque emendatione, vt fieri oportet, nempe

Grad. *Minut.* *Secund.*
26. 34'. 19". *subtrahenda.*

	grad.		
Excessus vero emendatus	3.	54'.	31". vel 14071".
Et Minuta Proportionalia cum sint		30'.	35". vel 1835".

Τὸ ἐπιβάλλον de Excessu congruens Minutis Proport. erit 1. gradus 59'. 32". addenda παραλλάξει orbis ♂ aequata, vt sit


Προσθαφαίρεσις Epicycli Martis, vel παράλλαξις orbis ♂ Absoluta.

grad.
28. 33'. 51". Subtrahenda.

	sexa.	grad.			
Coaequata longitudinis ♂ motus	0.	21.	51'.	34".	35'".
Παράλλαξις orbis absoluta,	0	28	33	51	
Vera distantia ♂ ab Asterismo	5.	53	17	43	35
Vera Praecessio Aequinoctij	0.	28.	9.	7.	40.
Verus locus ♂ ab appar. Aequinoct.	0.	21.	26.	51.	15.

Hoc est





Referendum eſt ſchema Quadrantis Θεωρίας ☉ ad paginam 165. in litera X 3

Hoc est versatur ♂ in ♈ Arietis 21. gradu 26′. 51″.
Quod erat QVÆSITVM.
Et Verus locus APOGÆI ♂ *est in* 28. *gra.* 44′. 36″. 51‴. ♌.

LATITVDO MARTIS
Quæ & Qualis ab Ecleiptica sit.

Sign. gra.

COÆQVATA Anomalia Eccentri 8. 21. 16′. dat in Canone Latitudinum ♂ minuta Proportionalia facta emendatione 9′. 8″.

Et Coæquata Anomalia Commutationis, vel Epicycli, Dodecatemoriorum 9. grad. 15. 16′. exhibet Latitudinem ♂ Austrinam 34′. Quia Anomalia coæquata Eccentri maior est 100. gradibus: minor verò 290.

Per Ἀναλόγιαν itaque horum duorum Minutorum scilicet Proportionalium & Latitudinis oblatæ ♂ capitur, & elicitur vera latitudo ♂, nempe *Grad.* *Minut.*

5. 10′.

MERIDIONALIS

Ascendens.

Hûc referendum est Schema Quadrantis
Θεωρίας ♂.

DIMENSIO
ORBIVM ♂.

ECCENTRICITAS *Eccentrici* a b *recta est* 6. *partium, qualium Semidiameter Eccentrici est* 60. *partium.*

Eccentricitas Aequantis a c	12.	*partium.*	
Semidiameter epicycli	39.	*partium.*	30′.
Minima altitudo	14.	*partium.*	30′.
Maxima altitudo à terra	105.	*part.*	30′.

Aequalis motus longitudinis ☉ ♀	5.	7.	8.	3.	12.
APOGÆI *aequalis motus subtrahen.*	0.	48.	21.	0.	0.
Anomalia eccentri aequalis	4.	18.	47.	3.	12.

Per hanc Anomaliam excerpitur ex Canone προσθαφαιρέσεως Veneris προσθαφαίρεσις Eccentri, cum Minutis Proportionalibus adhibita vtriusque emendatione.

	grad.			
Προσθαφαίρεσις *eccentri emendata*	1.	58'.	18''.	*addenda.*
Minuta verò Proportionalia.		33.	57.	

	Sexag.	grad.			
Anomalia eccentri ♀ aequalis	4	18	47'.	3''.	12'''.
προσθαφαίρεσις *eccentri*		1.	58	18.	0.
Coaequata Anomalia Eccentri	4	20	45	21	12
Longitudinis motus aequalis	5	7	8	3	12
Aequatio eccentri emendata		1	58	18	0.
Coaequata longitudo Veneris	5	9	6	21	12.
Commutationis aequalis motus	5	59	36	16	56.
προσθαφ. *eccentri subtrahenda*		1.	58.	18.	0.
Coaequata anomalia Commutationis	5.	57.	37.	58.	56.

Iam per hanc Coæquatam Anomaliam colligitur ex Canone προσθαφαιρέσεων ♀ προσθαφαίρεσις παραλλάξεως orbis cum Excessu adhærenti, emendatione vtriusque facta, hoc pacto,

	grad.			
παράλλαξ. *orbis ♀ aequata.*	0.	58'.	56''.	
Excessus collectus, est		0.	59.	
Minuta Proportionalia		33.	57'.	vel 2037''.

παραλλάξεως orbis ♀, τὸ ἐπίβαλλον ex iis enatum erit 33''. quæ addita παραλλάξει orbis æquatæ, Παράλλαξις orbis Veneris existet.

	grad.			
παράλλαξις *orbis Veneris aequata*	0.	58.	56''.	
Pars ἐπιβάλλον *de Excessu*			33.	
παράλλαξις *orbis ♀ absoluta*	0.	59.	29.	*Subtrahenda.*

	Sexag. grad.				
Longitudinis Coæquatæ simplex motus	5.	9.	6′.	21″.	12‴.
Παράλλαξις orbis Veneris absoluta		0	59	29	0.
Distantia vera ♀ ab Asterismo ♈.	5.	8.	6.	52.	12.
Vera Præcessio Æquinoctij Verni		28.	9.	7.	40.
Verus locus ♀ ab appar. Æquinoctio	5.	36.	15.	59.	52.

Hoc est versatur Venus in Piscium 6. gradu absoluto, cum 15′. 59″. 52‴. Quod erat QVÆRENDVM.

LATITVDO VENERIS
Quæ, Qualis, & Quanta sit ab Orbita SOLIS.

1\. PRimò Per Coæquatam Anomaliam Eccentri excerpenda sunt Scrupula Proportionalia ex Canone Latitudinis Declinationis Veneris. Per Anomaliam verò Commutationis coæquatam Latitudo ipsa petitur ex ipso eodémque Canone, emendatione facta.

	Dodec. gra.		
Coæquata Anomalia Eccentri est	8.	20.	45′.
Ac 20. gradus dant sub 8. Dodecatemorij anom.		58′.	56″.
21. verò gradus exhibent		59	6
Differentia		0	10

Cum hac differentia & 45′. adhærentibus 20. gradibus Anomaliæ τὸ ἐπιβάλλον quod debetur 45′. elicitur per ἀναλογίαν 7″. Itaque Minuta Proportionalia sunt emendata 59′. 3″.

Coæquata verò Anomalia Commutationis, vel epicycli extat suprà 11. Signorum 27. grad. 38′. Cum qua sumitur Declinatio ♀ Austrina 1. grad. 2′.

Ex Minutis iam proportionalibus; & ex Declinatione hac, pars congruens Minutis Proportionis sumpta per rationem analogicam est 60′. 58″. hoc est *Grad. Min. Secun.*

Latitudo Declinationis 1. 0′. 58″. *Australis.*

2\. DEINDE cum Eccentri eadem Anomalia Coæquata ex Canone Reflexionis Veneris rursus sumenda Scrupula Proportionalia nempe 30′. Minuta.

Commutationis verò Anomalia Latitudinem Reflexionis dat 4'. Hæc duo tractata vt suprà per logisticem rationem Pars corugens Minutis Proportionis erit 40".

Reflexio igitur in latum Veneris erit 40". *Borealis.*

---

3 TERTIO, & postremò Per Eccentri Anomaliam Coæquatam denuò sumenda Proportionum Minuta ex Canone Latitudinis ♀ Deuiationum correctione facta, nempe 1'. 32".

Deuiatio verò per Anomaliam Commutationis, vel Epicycli sumenda ex eodem Canone, nempe 7'. minutorum. Quæ semper est Borealis.

Ex quibus duobus, nempe ex Minutis Proportionis, & ex Minutis Deuiationis τὸ ἐπιβάλλον sumptum per logisticem rationem est 10". Quæ sunt Deuiatio latitudinis ♀ Borea.

Cæterùm duæ posteriores Latitudines, Reflexionis scilicet, & Deuiationis, quia sunt vnius affectionis, & denominationis, aggregandæ sunt simul, & summa earum ex priori latitudine, quæ Australis, & maior est eorum summa, quæque alterius affectionis est, tollenda, vt vera latitudo quæsita, ex reliqua summa innotescat.


Reflexionis latitudo ♀	40".	} *Borea.*
Deuiationis latitudo	10.	
Summa Latitudinum.	50.	

	Grad.			
Latitudo Declinationis ♀	1.	0'.	58".	*Australis.*
Summa Latitudinum Bore.	0.	0.	50.	*Borea,*
Vera ♀ *Latitudo*	1.	0'.	8".	

MERIDIONALIS,
Descendens. Quod erat
QVÆSITVM.

THEORICA VENERIS

Ad annum ΧΡΙΣΤΙ *γονίας* 1607. *diem* 15. *horis à meridie* 20. 32′. *in longitudine globi terreni* 27. 30.



DIMENSIO ORbium Veneris ♀.

grad.

ECCENTRICITAS Eccentrici a b. est 1. 15'. Aequantis a c recta linea est 2. part. 30. qualium Semidiameter Eccentri est 60. Semidiameter Epicycli est 43. partium 10'. Hinc
Minima altitudo ♀ à terra est 15. part. 35'.
Maxima eleuatio Veneris à terra 104. part. 25'.



ACQVISITVM, SEV ΕΠΙΛΟΓΙΣΜΟΣ ὑποφορίας inferioris Erraticæ MERCVRII.

STATUS MOTUUM COELESTIVM ☿.

	Sexag.	grad.			
APOGÆI, seu AVGIS æqual.	3.	32.	24'.	17''.	4'''.
Vera Aequinoctij Verni Præcessio		28	9	7	40.
Verus locus Apogæi ☿ in Zodiaco	4.	0.	33.	24.	44.
Commutationis Anomal. æqual. mot.	4.	12.	1.	51.	48.
Aequalis Motus ☉ Communis Mercurio	5.	7.	8.	3.	12.
Augis vel APOGÆI motus simplex	3	32	24	17	4.
Anomalia eccentri æqualis	1	34	43	46	8.

Hac venatur ex Canone προσθαφαιρέσεων Mercurij προσθαφαίρεσις Eccentri Mercurii, cum Minutis Proportionalibus adhibita correctione, vt suprà sæpe dictum est.

	grad.		
Προσθαφαίρεσις eccentri ☿.	3.	0'.	23'' Subtrahenda.
Minuta Proportionalia.	54.	35.	

	Sexag. gr.				
Anomalia eccentri æqualis	1.	34.	43'.	46".	8'''.
προσθαφ. eccentri subtrah.		3	0	23	0.
Coæquata Anomal. eccentri	1.	31.	43.	23.	8.
Aequal. longitudo ☉ & ☿	5.	7.	8.	3.	12.
προσθαφαίρεσις eccentrici,.		3	0	23	0.
Coæquata longitudo Mercurij	5.	4.	7.	40.	12.
Commutationis Anomal. æq.	4.	12.	1.	51.	48.
προσθαφαίρεσις eccentri addenda		3.	0.	23.	0.
Coæquata Anom. Commut.	4.	15.	2.	14.	48.

Cum hac Anomalia Coæquata excerpitur ex Canone παραλλάξεων Mercurij Παράλλαξις orbis cum sequenti Excessu, adhibita emendatione vtriusque, vt æquata habeatur.

	grad.			
Παράλλαξις orbis ☿ æquata	19.	0'.	10". *Subtrah.*	
Excessus autem æquatus est	4.	34.	18.	vel 16440".
Minuta Proportionalia.		54.	35.	vel 3275".

Τὸ Ἀπόβλλον ex Excessu & Minut. Proportional. logisticè sumptum est 4. gr. 9. 15". addendum παραλλάξει orbis æquatæ

	grad.			
Παράλλαξις orbis ☿ æquata	19.	0'.	10".	
Pars de Excessu sumpt.	4.	9.	15.	
παράλλαξις orbis ☿ absoluta	23.	9.	25.	Subtrah.

	Sexag. gra.				
Coæquata longitudo ☿.	5.	4.	7'.	40".	12'''.
παράλλ. orbis absoluta		23.	9.	25.	0.
Distant. ☿ ab Asterismo	4.	40.	58.	15.	12.
Vera Aequinoctij Præcessio		28	9	7.	40.
Verus locus ☿ ab app. æquin.	5.	9.	7.	22.	52.

Hoc est, versatur Mercurius in

Grad.	*Min.*	*Secun.*	*Tert.*
9.	7'.	2".	52'''.

AQVARII.

♒.

LATI-

LATITVDO MERCVRII
Quæ, Qualis, & Quanta sit ab Ecleiptica ⊙.

PRimò Per Anomaliam Eccentri Coæquatam, vt in Veneris Latitudinum Correlario factum est suprà capiuntur ex Canone Latitudinum Declinationis ☿, Scrupula Proportionum: Et Per coęquatam Epicycli, seu Commutationis Anomaliam Latitudo ☿ petitur ipsa eodem Canone, vt fert Præceptum 72. Prutenicum. *Dodec. gra.*

Anomalia autem Coæquata Eccentri est 3. 1. 43′.
Et Commutationis Coæquat. Anomal. 8. 15. 2.

Tria itaque Dodecatemoria Eccentri exhibent Minut. Proport. adhibita correctione pro 1. gr. & 43′. adhærentib. Anom. 59′. 53″.
Et Commutatio Anomaliæ coæquatæ dat 40′. in eodem Canone Pars assumpta logistica ratione ex his duobus, nempe quę competit Minutis Proportionis cùm sit 39′. 55″.

Latitudo Declinationis talis erit 39′. 55″. *Borea.*

DEINDE Per eandem Coæquat. Eccentri Anomal. capiuntur denuò Minuta Proportionalia. Et cum Coæqu. Commutationis Anomalia, Obliquatio, seu Reflexio, ex Canone Obliquationis seu Reflexionis Mercurij.

Minuta Proportionalia sunt 1′. *minutum vel* 60″.
Et Reflexionis latitudo sumpta cum 8. *Dodec. &* 15. *gradibus est* 2. *grad.* 44′. *Austrina.*
τὸ ὑπερβάλλον itaque quod competit Scrupulis Proportionalibus ex analogia erit 2′. 44″.
Ergo, Latitudo Reflexionis, & Obliquationis est 2′. 44″. *rursum Austrina.*

dod. gr.

TERTIÒ, Cùm eadem Anomalia Eccentri coæquata 3. 1. 43′. sumuntur rursus Proportionum Minuta. Cum Anomalia verò Commutationis Latitudo Deuiationis cum denominatione sua, vt fert Canonis Titulus.

Scrupula Proportionalia adhibita correctione per analogiam, 4″.
Et Latitudo Deuiationis sumpta, est 48′. *Austrina.*
Pars de his duobus extracta nempe 3′. 12″. 0‴.
Deuiationem ☿ monstrabit Australem esse 3′. 12″. 0‴.

CÆTERUM duæ posteriores latitudines Quia sunt eiusdem nominis & affectionis, coniunctæ, & summa earum extracta ex Priori Latitudine Declinationis, vt docet 72. Præceptum Prutenicum, Vera Latitudo Mercurij resultabit.

Verùm in hac πραγματεία pro Mercurij latitudine, hoc obseruandum est, nempe Cùm Anomalia Eccentri maior sit Quadrante, hoc est 3. Dodecatemoriis vel Signis Zodiaci, *Addendam esse decimam partem obliquationis latitudinis Mercurij Obliquationi ipsi, vt fiat coæquata obliquatio: alioqui tollenda est ab obliquatione sua,* vt fert regula Præcepti 72. Prutenici.

Latitudo autem Reflexionis, vel Obliquationis ♓ suprà est 2′. 44″.

Cuius 10. pars est 16″. addenda Latitudini Obliquationis.

Obliquationis Latitudo	2′.	44″.	
Decima pars Obliquationis.	0	16.	
Obliquationis latitudo Coæquata	3	0	} *Austrina.*
Deuiationis latitudo ♓	3	12	
Summa Latitudinum.	6.	12.	*Austrina.*

Hæc Summa Latitudinum sublata à Latitudine Declinationis Mercurij, Vera, & Quæsita Latitudo Mercurij resurget.

Latitudo Declinationis.	39′.	55″.	*Borealis.*
Summa Latitudinum.	6.	12.	*Austrina.*
Vera Mercurij Latitudo	33′.	43″.	


BOREALIS
Descendens.



THEO-

THORICA MERCURII,

Ad Annum XPIΣTI *γονίας* 1607. *diem* 16. *Februar. horas* 8. 32'. *à media nocte longitudinis terræ* 27. *gr.* 30'.



PORRÒ huc referendus Mercurij Theoricæ Typus Quadrante cœli & Plano τεχνικῶς repræsentatus,

In quo Plano a. *punctum est Centrum mundi.*

b. *Centrum eccentrici eò deuolutum in circulo paruo ab Auge, vel Apogæo Medio, vel Æquantis Apogæo.*

c. *Centrum Aequalitatis, vel Aequantis est.*

v. *Centrum Parui circuli, vel Eccentrus eccentri est.*

r. *Centrum eccentrici est in linea Apogæi Medij & Aequantis.*

F. *Quarta pars est eccentri Eccentri, vel est Eccentrus eccentri, quarta sui orbis parte repræsentatus.*

Cùm verò in Theoria Mercurij 5. sint orbes, nempe *Eccentricus, deferentes 2. Apogæum, & Perigæum, deferentes Aequantis. Eccentrus eccentri, & Epicyclus.* Quibus adiungitur circulus *Aequans.* Omnes hi circuli præter Eccentrum eccentri suis literis designantur in præcedentibus aliorum Planetarum Theoriis cum explicatione & declaratione.

DIMENSIO ORbium Sphæræ Mercurij ☿.

ECCENTRICITAS *Aequantis terminata punctis* a c *recta linea à centro mundi ducta in Figura præcedente proposita, numeratur à Ptolemæo 3. partium, qualium*

Semidiameter Eccentrici est 60.

Eccentricitas Eccentrici a v *in eadem recta linea tripla ad* a c *est* 9. *partium.*

Linea Apogæi est 69 *partium.* & *Perigæi* 51.

Semidiameter epicycli est 22. *partium* 30'.

Maxima distantia ☿ *in Apogæo eccentrici & epicycli constituti est* 91. *partium.* 30'. *In punctis autem proximi accessus*

Minima altitudo Mercurij fit 33. *partium* 4'. *sui Eccentrici Semidiametri.* Quod erat demonstrandum.

DE PLA-

DE PLANETARVM ECCENTRIS: ECCENTRORVM DEFERENTIBVS, EORVMQVE Apogæis, & Perigæis, Æquantibus, ac Epicyclis,

QVORVM NOS ADMONEANT, ET DOCEANT

ENARRATIO APODEICTICA

ΤΩΝ ΠΛΑΝΟΜΕΝΩΝ ΨΗΦΟΦΟΡΙΑΙΣ

CORONIDIS LOCO Apposita.



AB ELIA MOLERIO, THEOLOGO, ET ASTRONOMO.

PRÆFATIO.


ILLVSTRIS *ille cœlorum ornatus in regione celsa Domini collocatus, illustrissima Omnipotentiæ, Sapientiæ, & Bonitatis Dei Opt. Maximi testimonia & specimina, non decoris, & ornamenti solùm alicuius, vel vanæ oculorum delectationis gratiâ nobis conspicuus factus est: Verùm, ut rectè Apostolus ad Rom. Epistola c. 1. 20. docet, ut* Per opera illa, *quæ oculis peruidentur, animi nostri (quantùm à summo rerum Opifice Deo captui illorum capere largitur) velut indice certo veherentur ad* Summam Sapientiam & Æternam DEI Omnipotentiam, & Diuinitatem *agnoscendam. Quæ tametsi inuisibilis, carnique inscrutabilis, per hæc tamen Cœlorum visibilia opera. spiritu eam considerandam, admirandam, colendam, & adorandam omnes omnium ordinum sexus, ætatis, & nationum homines inuitat Dei Propheta Esaias c. 20. 26.* Sustollite, *inquit,* in sublime oculos vestros, & videte, *hoc est animo perpendite, & considerate, examinate, & scrutamini* quis hæc condiderit: *hoc est,* Qualis, *Quàm Potens, Admirabilis, & diuinus: ac proinde quanta Sapientia, & æternitate donatus sit is, qui hæc creauit. Est ille nimirum,* qui numero exercitum horum educit, & singula suis vocat nominibus, & ob multã virtutem, & præpotens robur nullum eorum suo tempore desideratur. Est enim, *inquit Iobus,* ille, qui Cœlos expandit. Qui fecit Arcturum, & Oriona, & Pleiades, & interiora Austri: *Iob. 9* 8. Quique ordine posuit Lunam, & Stellas, *Psal. 8. 4.*

Itaque sicuti hoc pacto Cœli enarrant DEI gloriam, *inquit Dauid, Rex & Propheta Ps.* 19. 1. & opera manuum eius annunciat Firmamentum: *ac proinde docent nos in genere. Quòd sit Vnus Deus, æternus, potens, sapiens, iustus, bonus, puniens iniustos, exaudiens verò & adiuuans iustos: Ita etiam Circuli illi Planetarum omnium, qui ab Astronomis cuilibet eorum tribuuntur ad motus eorum obseruandos, enumerandósque, quibus corpora cœlestia feruntur, vehuntur, & agitantur: nobis vtilia, & ad vitam sanctè, & iustè instituendam, præsertim verò ad verum Dei cultum, in sacris* Legis Sanctę *mandatis exhibitum, & patefactũ ritè obseruandũ necessaria subindicant, eáque nos admonent ac docent.*

Cùm igitur nobis sit propositum recensere Ad quid vtilis sit hæc Circulorum & Orbium notitia, qualísve sit inde fructus omnibus eliciendus: Dona enim, *inquit Paulus,* Spiritus, 1. *Cor.* 12. 7. dantur ad id, quod expedit, *hoc est* ad Ecclesiæ ædificationem, *vt idem Apostolus* 1. *Corint.* 14. 12. *rectè docet, Primò, Quales præcipui sint illi Orbes & Circuli proponemus: Deinde, Quis Vsus eorum sit in Theoria Planetarum. Tertiò, Quorum Nos in Theologia Sacra admoneamur, vt hæc vtilitati omnium in genere accommodentur & applicentur, docebimus.*

ORBES

ORBES THEORIAE PLANETARVM.



EXPLICATIO.

Punctum in a centrum mundi præ se fert.
Punctum in b. Centrum eccentrici Orbis Planetæ est.
Punctum in c. Centrum Aequantis. O Circulus Aequans est.
Orbis albus C notatus, eccentricus est. Circulus vel orbiculus notatus literis r s t u epicyclus Planetæ est. n. Nodi. y Orbis deferens nodos. α Apogæum eccentri, & centrum epicycli. ϖ Perigæum Eccentri. F. Deferens Apogæum. O Perigæum Deferens. * Stella Planeta est, Epicyclo suo affixa. Et linea recta α * Clauis Planetæ est.



ORBES, QVI AD THEORIARVM PLANETARVM CONSTITVTIONES REQVIRVNTVR.

I. ECCENTRICVS ORBIS.

ECCENTRICVS Orbis est Orbis Theoriarum cuiusuis ex 7. Planetis, Vniformis, eccentricus centrum mundi ambiens, & vel Planetam, vel Epicyclum immediatè ferens.

VSVS.

SECVNDVM conuersiones Eccentricorum numerantur motus periodici Planetarum 2. Planetas in aliis Zodiaci partibus velociores, in aliis verò tardiores esse demonstratur. 3. In hoc orbe Apogaum, & Perigaum notatur, à quibus omnis seu pracipua computationis anomaliarum ratio dependet.

DOCTRINA ET Applicatio.

ECCENTRICVS Orbis, Planetam in se ferens immediatè, HOMINIS cuiuslibet vitam præ se ferre videtur. Primùm enim in circuli descriptione initium, vt à puncto certo describitur circino, sed in quo totius περιφερίας cursus & ambitus perficitur & absoluitur, ac proinde finit. Eodem penè modo de *Hominis Vita* statuitur. Quid enim aliud, quæso, *Tota Hominis Vita*, quàm Κύκλος variarum rerum, negociorum, miseriarum, & calamitatum, qui die & hora natiuitatis eius, vt à puncto certo exordium sumit, deinde qui post vagos & varios, breues vel longos *Terra* circuitus ipsa Mortis hora extinguitur corpus?

Hoc depingitur Psalmo 90. 10. à Propheta: *Dies*, inquit, *annorum nostrorum*, hoc est Spacium, quod circulo integro comparatur, id est Principium & Terminus finalis *Vita nostra*, *nume-*

rantur

rantur ad 70. *annos, &c.* Sed hic *annorum* numerus, & dierum circulus, seu circuitus varius in tota cuiusuis *Hominis Vita* consideratus Quantus sit, vt in *Hora* vna 60. Minuta temporis integra, 15. *Aequatoris* circuli gradibus *Ascensionis* æqualia numerantur, vt sit, & constet totus *Aequator Ascensione* sua perfecta 24. horarum spacio, Non ita exactè ille cuiuslibet *Vitæ* totius *Hominis Circulus* definiri potest, vt sciri possit, quot annos, menses & dies viuere possit, etiamsi Propheta dicat robustioribus 80. annos dari, aliis verò infirmioribus 70. quod ad suum tempus iam longè corruptum referens per veritatis concessionem multorum respectu ætatis dicit.

Verùm, Si Astronomicas Directiones, quas *Schonerus* insignis Astronomus libro *De Natiuitatibus* tradit: vel etiam Si Præcepta quæ *Cyprianus Leouicius à Leonicia* doctissimus Mathematicus in artem Directoriam scripsit sequamur; Si nempe habeantur motus Luminarium, & reliquarum 5. Errantium stellarum, cum temporis momento ad exitum ex vtero materno Infantis præcisè, & exactè, Poterit Astronomico calculo *Quis, & Quantus* sit κύκλος vitæ, hoc est Spacium annorum quamproximè, non dico præcisè capi.

Cùm enim Horoscopus Infantis vitæ principij in Astrologia Significator sit, ac Directionum via singulis annis vnum Æquatoris gradum perficiat, si ad Promissorem vnum aut plures, vel ad terminos fatales, seu mortales maleficarum peruenerit, cui adsit Reuolutio natiuitatis etiam minax & fatalis absque vllius Benefici Planetæ testimonio super Ascendens; Hæc Secundaria & Instrumentalis Causa, à DEO Cœlorum & Astrorum Rectore, Primaria, Impellente, & Efficiente Causa, Effectum mortis in hominum genesi certissimum producere potest, ita vt eius notitia quodammodo, & quamproximè Directionum via, Terminos annorum editi Infantis, vel vitæ hominis peritissimus Astronomus designare possit. Quod nihil aliud est, quàm Quantus sit Hominis vitæ circulus, hoc est, quantum sit annorum curriculum aperire, quicquid *Satlerus* in sua Διανοίᾳ Astronomica in Directiones, Profectiones, & Transitus stomachosè dicere ausus sit. Exempla enim multa quę cum experientia horum habeo fidem rei faciunt, ac testantur de veritate, aduersus quam nemo sanæ mentis inficiari potest, nec debet.

ITAQVE, DEVS *Vtitur Cœlis & Astris velut instrumento Benedictionis, vel Maledictionis, seu punitionis peccatorum nostrorum Ira,*

vel Clementiæ sua, *Iof.* 10. 13. *Verùm nullus contradicet*, DEVM *vti posse cœlo, circulis cœlestibus, & Syderibus seu Astris, vt in iis velut Indice certo Quantitatem vitæ annorum & dierum commonstret. Quid factum est Ezechiæ regi ægrotanti? Annon in Quadrante Solari Achaz vmbra Solis retrocessit* 15. *gradibus, vt* 15. *annos prorogationis vitæ annorum denotarent*, *Esaiæ capit.* 38. 8. *Ergo* DEVS *vtitur astris vt indicet prorogationem annorum.*

Tempus vitæ nostræ breue est, Sapient. 2. 1. *Sed Deus prorogat vitam, & Temporum annorum Prorogator est, quos in manu habet, vt colentise, vel Parentes secundùm promißionem, Exod.* 20. 12. *prolongationem vitæ largiatur. Largitur honores, valetudinem prosperam corporis & animi præbet, Secundat itinera, Amicos conciliat, Nuptiis benedicit, Auget facultates cui vult. At hæc Num potest* DEVS *efficere medio Astrorum, etsi non castris indiget ad opus suum peragendum, nec iis ligata & astricta sit eius Voluntas & Benedictio? Potest sanè: nec enim diminuenda est in his eius Potestas, Nec dubium est, quin ad hæc præstanda Cœlum dirigat. Nec enim Cœlum inutile sibi & hominibus instrumentum creauit.*

Ergo, Si Cœlum Deus dirigat pro voluntate, & Astra, & sydera disponat ad Benedictionem corporum nostrorum, Anima eorum benedictionis particeps erit, quatenus benedictio Dei, & corpori & animæ simul à Deo Iosephi tribu promittitur, vt est Deut. cap. 33. 13. *&* 14. *vers. Sed incassum noctuis lux proponitur.*

DEINDE *Planetarum Orbes*, seu Circuli nomine ECCENTRICI appellantur, eò quòd centro mundi non sint concentrici, nec nitantur basi & fundamento 8. Sphæræ, ac proinde à mundi centro ac eius legibus æqualibus aberrant.

Itaque *Eccentricitas* illa varios huius seculi hominum terrenorum incessus, mores & vitæ genus diuersum præ se etiam ferre videtur. Quippe qui à vero pietatis fundamento, *Religionis* nempe *Christianæ*, cognitionis veræ *Legis, & Euangelij* Domini nostri IESV CHRISTI, & *Fidei* veræ in eum, omnes natura sua corrupta aberrant; Vnusquisque enim obliquè extra Præceptorum DEI regulam incedit Psal. 14. 2. 3. hoc est, opera carnis diuersa, eáque mala operatur de quibus Apostolus ad Galatas capite 5. disserit vers. 19. 20. 21.

Varias item diuersarum nationum & populorum Leges, Religiones, mores, complexiones & actiones præ se ferunt *Eccentrici Planetarum orbes* in orbe terrarum amplissimo. *Eccentrus* enim *Saturni* alius cùm sit, & diuersus, quàm *Iouis* Ἔκκεντρος *Dimensione*, *Quanti-*

Quantitate Motu, & situ, aliam ac diuersam *eccentricitatem à Iouis* & aliorum *Planetarum Eccentro* habet. Qui cùm celeriori motu & tempore *Periodum* vnam, quàm *Saturni Orbis* agat: sic alia ac diuersa ab ea est huius *Planetæ Orbita, Altitudine, spissitudine seu Capacitate, Concauitate conuexa, & circumflexa περιφερείᾳ & motu & situ* aliorum respectu: hoc est in summa Alia huius, alia cuiusuis alterius *Planetæ Eccentri* affectio est.

SIC *Turcarum, Parthorum, Babyloniorum, Assyriorum, Moschorum, Tartarorum, Hircanorum, Caspiorum, Armeniorum: Sarmatiæ, Thraciæ, Illyriæ, Aethiopiæ, Mediæ, & Arabiæ populorum*, reliquarúmq; Gentium *Scythicarum*, quæ Saturno subiiciuntur, alij sunt mores, aliæ animi & corporis affectiones, aliæ complexiones, aliæ leges, & actiones aliæ in communi conuictu, quàm Regnorum & populorum (qui *Ioui* tribuuntur atque dantur) mores sunt. Etenim hi deformes, feri, immanes incolæ, tetrici, & barbari sunt: & quidem horum alij legibus æquis, & forma Reipublicæ carent, & rapinis magis student, & à mansuetudine, & hospitalitate alienissimi sunt: horum verò alij Religioni vel Mosaicæ, vel alterius cuiusuis *Tyranni* humanæ adinuentionis obseruationi, seu superstitioni Diabolicæ, & Idolis sub, & cum legibus certis student, in re paranda non inertes. Quæ omnia, tam personæ scilicet quàm res & actiones eorum sunt de natura, motu, & affectione Saturni ab *Eccentrico* suo his malis dotibus imbuti.

Europei verò, quales sunt *Hispani, Britanni, Galli, Germani, Dani, Sueni & Itali, Lydi, Cilices, & Pamphilij, Ioui* cedẽtes, sunt impatientis animi affectu, amantes & cupidi libertatis, politiæ suæ, & Legum, Institutorúmque suorum, & Religionis suæ tenaces; Liberales, & dexteritate in contractibus & negociis vtentes, & in re paranda aliis circumspectiores sunt.

Alij, quales sunt qui *Marti* parent, & eius *Eccentrico* subsunt; aliter se habent, alióſque animi & corporis mores, gestus, & motus habent quàm priores, vt sunt *Mauri, Getuli, Calosyri, Iudæi, & Idumæi, Syri, Cappadoces, Bauari, &c.* Etenim armorum, bellíque studiosissimi, patientes laborum, præstantiæ, & mundiciei cupidissimi, fortes, & Regni osores, & sectatores, & magnanimi sunt. Vnde improbi, insidiosi, & laboriosi sunt.

Diuersa item complexio animi, diuersique ab aliis mores *Italorum, & Siciliæ* incolarum: natura alia, aliúsque viuendi, agendiq; mos *Bohemorũ, Chaldæorũ, Phænicium, & Sabinorum*, aliorúmq;

SOLIS qui subiiciuntur potestati & Imperio. Quippe cùm sint Gloriæ, Honoris, Regni, & Imperij maximè cupidi, inflati, superbi, magnanimi, res politè & dextrè agentes, & tractantes, in quorum victu pompa, & voluptas cernitur. Quæ omnia de natura Solis, & Eccentrici eius sunt.

Aliter verò se habent *Parthi, Medi, Persæ*, & magna pars *Turciæ, Græci, Achiui, Cretenses, Cyprique regni incolæ, Babylonij*, & *Assyrij*. Hi enim ob *Veneris* dominium rei venereæ sunt appetentiores, atque in victu & vestitu delicatiores. Vnde & mundiciei, & voluptatibus, rebúsque odoriferis, & aromatibus magis student, & ingeniosi sunt. Quæ omnia de natura *Veneris* sunt.

Alius viuendi, & negociandi mos est, aliíque mores animi & corporis sunt in *Cyrenis, Marmaricis*, & inferioris *Aegypti* incolis, *Armenis Flandrísque, Silesiis* inferioribus, aliísque, qui *Mercurio* parent, ac *Eccentrici* Imperio subsunt. Ob enim *Mercurium* ad Sapientiam, Prudentiam, Rerum Intelligentiam, Animi promptitudinem, & ad *Mathematica studia* procliues sunt, & ad Mercenarias expeditiones, Seruiles operas, & furta inclinant.

At *Franci, Scoti, Prußi, Bithyni, Colchi, Burgundi, Holandi, Zelandi*, & alij eiusmodi populi qui ad *Lunam* pertinent aliter affecti sunt, quàm prædicti. Nam leuiores sunt in affectionibus suis; morigeri mulieribus, inconstantes, & variis ceremoniis dediti sunt, &c.

QVI OMNES, aliíque quotquot in Terra habitabili populi extant, Cùm diuersarum linguarum diuersitate distinguantur, sic ratione situs *Mundi* diuersis moribus, actionibus, sermonibus, natura, politia diuersa, & communi conuictu imbuti, PLANETARVM *Orbibus* ECCENTRICIS, qui alij plùs, alij minùs à *Centro Terræ* sua *Centra* remota habent, ideóque diuerso modo afficiuntur, variásque passiones habent, comparari possunt, quandoquidem Summus ille Iudæus *Albumazar* dictus *Iaphar* Astronomus in suo *Introductorio* dicit, *Vultus huius seculi*, id est omnia quæ extant super terram, & peruidentur in terra *subiecti sunt*, hoc est, naturam recipiunt; vt obediant, subiiciantúrque *vultibus cæli*: Hoc est, harmoniam & conuenientiam cum *cælorum Sphæris, Circulis*, & *Orbibus* habent.

PORRÒ, hæc admiranda Naturæ varietas inter populorum & nationum geneses infinitas considerata, variísque *Eccentrorum Errantium* stellarum Circulis, motibúsque eorum aptata, & accommodata docet nos hæc, nimirum, ETSI *Eccentrorum Planetarum motus alij aliis contrarij sunt, vt in Mercurij Eccentro, & Eccentri*

Eccentros

Eccentro: & in Aequante, & Deferentibus Apogæa & perigæa Lunæ: & in Epicyclorum motibus, quorum superior medietas secundùm: inferior verò contra signorum ordinem in præcedentia mouetur: sed in Luna contrà obseruatur. Pulcherrimo tamen ordine distincti, ac separati alij ab aliis. superiores ab inferioribus, Eccentrici nulla contrarietas nociua, nulla ἀταξία, neque confusio adest: imò harmonia motuum mirabilis cum eorum Rectore SOLE *animaduertitur, quod admiratione dignissimum est.*

(Tres enim superiores Planetæ ♄. ♃. ♂. Reuolutionibus Periodicis epicyclorum suorum, & eis quæ inde dependent harmonia motus SOLEM *obseruant. ♂ & ☿ in motu periodico eccentri alligantur* SOLI. *Conuenit enim etiam ipsorum reuolutio exactissimè cum* SOLIS *Eccentrico: ac proinde mutua harmonia cum* SOLE *conueniunt, eò quòd medio motu semper coniuncti sunt, nec à* SOLE, *quàm epicycli eorum magnitudo permittit, digredi possunt. Conuenientia verò concentúsque orbis Lunæ cum* SOLE *in motu Deferentium Apogæum, & in eis quæ ab eis dependent consistit & apparet, ita vt in omni coniunctione, seu Nouilunio, & Oppositione* SOLIS *&* LVNÆ, *Media, seu Plenilunio centrum epicycli in Auge, seu Apogæo eccentrici reperiatur: In Quadraturis autem in Perigæo versatur.)*

ITA *etiam,* LICET *Homines diuersæ, imò etiam contrariæ naturæ, affectionis, & actionis variæ sint, quæ propriis motibus eorum peraguntur. Alij namque impij in peccatis nati sunt maximis, à quibus maxima rerum fit inter pios contrarietas, & ἀταξία, & confusio, adeò vt Ecclesiam Christi, Deique Gloriam impiis operibus mirum in modum lædant. Alij verò pij sunt, qui sua pietate, vitæ sanctimonia, ac virtutibus insignibus eam exornant, Deúmque laudant, & Gloriam ei reddunt. Nihilominus tamen Deus in ecclesia sua, imò in toto Terrarum orbe pios ab impiis discernens, illis, tanquam diuersis organis & vasis, ad gloriæ suæ & salutis nostræ opus peragendum sæpe absque vlla contrarietate, ἀταξίᾳ, vel confusione vtitur, adeò vt etiamsi multa permixta, confusa, & contraria esse, ac præpostero ordine geri videantur ab aduersariis, actiones tamen eorum diuersas ad sui Nominis Gloriam dirigat, & vt nouit, in suorum salutem conuertat.*

Vsus est Deus Pharaone Aegyptiorum impio Rege, Qui cùm prorsus Israeli populo aduersarius esset, eúmque quotidie persequeretur, Exod. 14. 9. 10. *multísque ac variis seruitutis afflictionibus opprimeret,* Exod. 2. 23. *Persequutiones, & oppressiones, quibus affligebatur populus, Deus ad Gloriam suam illustrandam direxit, & ad populi salutem & consolationem conuertit,* Ex. 14. 4. *Vsus est Nabucadnesare,*

Babylonico Rege impio, ut Deo Sçadraci, Mesçaci, & Habed-negonũ, quos in Camini flammam ligatos proiiciendos iußit: verùm hoc, factum ab impiis organis, & à Deo permissum, Gloriæ Dei, & saluti horum trium Dei seruorum fidelium cessit: Daniel. 3. 28. Sic etiam vtitur Dario, Rege Medorum & Persarum, qui proiecto in lacum Leonum Daniele ac Dei miraculo agnito in conseruatione Sancti viri à Leonum dentibus, Danielem, verum ac æternum DEVM *inuocantem liberet, tandémque* DEVM *ipsum laudibus & gloriæ titulo efferat, Daniel. 6. 26. 27. Sic itaque opus istorum, actiones & affectiones, aliorúmque omnium, quotquot extant, similium præter opinionem & voluntatem, Deo sic dirigente, Gloriam Dei illustrem omnibus palam reddiderunt.*

PIIS *verò vtitur viris* DEVS, *electionis Sanctæ vasis & organis, vt eandem perpetuò Gloriam suam in Ecclesia sua promoueat, ad Regni sui propagationem omnia dirigat, & ad piorum consolationem, & ædificationem Spiritu suo impellat: Alios enim dedit Apostolos, alios Prophetas, alios Euangelistas, alios Pastores, & Doctores, Ad coagmentationem Sanctorum, in opus administrationis, in ædificationem corporis Christi. hoc est, tales, & alÿ à Domino excitantur in orbe terrarum sancti, & pÿ viri, quorum ministerio, & opere Regnum Christi, verbo Euangelÿ ad fines vsque terræ dilatetur, & intonet, Rom. 10. 18. & salus piorum in Christo perficiatur.*

VT *itaque Planetarum diuersorum natura, & affectu bonorum, & malorum eccentri, eorúmque motus varÿ, ac inter se tanquam contrarÿ, vt supra attigimus, eccentrico Solis alligantur, ita vt Planetæ suos Epicyclos excedere nequeant, sed admirandam harmoniam cum Rege suo Sole habent.* ITA *sanè absque Dei Voluntate, Spiritu suo omnia regentis, déque omnibus creaturis pro sua Gloria disponentis, Nihil ab vllo quoquam peragitur, nec perficitur. Ac proinde vbique, & in omnibus, & ab omnibus, etiam inuitis, Gloria Dei, (qui Spiritu Potestatis suæ omnes & homines, & Spiritus cælestes, & Angelos bonos, qui sibi officio alligantur, & malos Angelos ad opus suum peragendum impellit inuitos) promouetur, & illustratur: adeò vt cùm potentia omnium sit finita, & vincta à Deo, limites à Deo præfixas hinc, nec inde transilire nequeant, sed ipsi ad obedientiam ligati inseruire cogantur: Sic ab vtraque parte, & vtraque hominũ sorte gloria, & honor Deo Omnipotenti redit. Exod. 14. 4. Luc. 8. 28.*

PRÆTEREA *Eccentrici Orbes Hominum* ætates nobis describunt, & indicant suo modo. Vt enim *Motus diurnus eccentrici Saturni sub Zodiaco*, vel ab *Æquinoctio Verno* est 2′. 0″. 35‴.

Iouis

Iouis diurnus motus eccentrici,	4.	59.	15.			
Martis,	31.	26.	39.			
SOLIS,	59.	8.	19.			

Veneris & Mercurij eadem est dimentio motus, ita vt annuo spacio præcisè cum *Solis eccentrico* circuitum periodicum absoluat. *Lunæ* verò *eccentri motus diurn⁹* 13 grad. 10'. 35". 1'''. Ita vt vnus *Saturni* circuitus sub Zodiaco habeat

	Annos.	Dies.	Horas.	scrupul		
	29.	161.	22.	28'.	3".	22'''.
Iouis ann Ægyptios	11.	315.	15.	2.	10.	30.
Martis circuitus ann.	1.	321.	22.	19.	49.	48.
SOLIS autem Periodus annua.	365.	5.	49.	15.	46.	

Sicuti *Venus* præcisè. *Mercurij* verò *Eccentrus eccentri*, & *Eccentricus* ad *Apogæi* lineam pari tempore redeunt, ille quidem contrà: hic autem, *Eccentricus* nempe, qui in se *Eccentrum Eccentri* continet, & complectitur orbem, secundùm Signorum ordinem. Diebus 365.ho. 6. 33'.8".35'''.

LVNA denique perambulat dieb. 27. hor. 7. 43'. 5". 8'''. Zodiacum.

VEL etiam, Vt APOGÆVM *Saturni*, quod est punctum in eccentrico à terra remotissimum, absoluit sub orbe Stellifero vnum gradum annis fermè 100. *Iouis* verò Α'ΠΌΓΕΙΟΝ annis fermè 300. Et *Martis* annis fermè 120. SOLIS autem, *Veneris*, & *Mercurij* iuxta *Alphonsinorum* doctrinam 49000. annis. LVNÆ verò *Deferentes* APOGÆVM, & PERIGÆVM conuertuntur semel diebus 32. ferè.

Ita vt per totam Sphæram stellarum fixarum transeat APOGÆVM *Saturni* annis Ægyptiis 35333. *Iouis* 119734. *Martis* 45088. SOLIS, vt *Copernicus* tradit, annis 50718. *Veneris* secundùm *Copernicum*, annis 25816. vel secundùm *Ptolemæum* 36000. annis. *Mercurij* autem APOGÆVM annis 63. perficiat vnum gradum, vt sic annis 22405. orbem Stellarum fixarum vna periodo compleat.

At verò sub Zodiaco *Saturni* APOGÆVM reuertatur an. 14917. *Iouis*, 21237. *Martis*, 16416. ☉, 17108. secundùm *Copernicum*. *Veneris*, vt Solis Apogæum. *Mercurij* verò 11995. hoc est 12000. fermè annis *Periodum* vnam absoluat.

ITA dici potest: Cùm vitarum θεῖοι dissimiles admodum sint in hominum natiuitatibus, In directionibus tamen annuis Cuicumq; anni periodum vnam viuere datur, datur & in temporis annorum mensura, Æquatore nempe, Horoscopo, Soli, Lunæ, Medio Cœli, & Parti Lunæ (quæ 5. *Hylegialia* loca ab Astrologis

vocantur) In Cœlo vnum Æquatoris gradum cum ſuo Ecleipticæ gradu perambulare, & antrorſum incedere. Qua ratione, ſi (vt fieri & contingere poteſt) vnum horum 5. Hylegiorum ad terminum mortiferum, diuiſorem malignum, aut ad vitæ abſciſſorem deuolutum, corpore, vel radio Maleficarum aliquo fatali ſaucietur, Tantùm 5. ſcrupulis ſecundis vnius Minuti pro cuiuſlibet diei ſpacio Cœlum à Finitore ſcilicet, Vitæ Hominis Significatoris, Horoſcopo, antrorſum moueri dicatur.

Vel etiam in Profectionibus annuis (quibus vnum dodecatemorium Zodiaci, vel 30. gradus motus ſingulis 5. Hylegiis Natiuitatis tribuuntur) 5. vnius gradus Minuta tantùm Hylegiorum locis perficere datur ad ſingulos dies in Ecleipticæ conſequentia, donec ad Fatalem, ſeu minacem mortis locum deuoluatur, ſicque vitæ terminus imponatur. Sic iſte vitæ Hominis terminus Motui Saturni diurno 2'. 0''. 35'''. vel Iouis 4'. 59'. 15'''. vel Martis 31'. 26''. 39'''. vel SOLIS, Veneris & Mercurij 59'. 8''. 19'''. vel etiam Lunæ 13. grad. 10'. 35''. 1'''. aſſimilabitur. Quorum Planetarum Eccentricis orbibus vltrà, nec citrà progredi, nec hos diei terminos tranſgredi datur.

VERùM, Quia hæc Hominum ætas annis producitur à DEO vitæ ſolo Prorogatore, manet pro omnibus in omne æuum Cœli menſura diurna, in Directionibus quidem, vt ſuprà, 5''. ſcrupul. ſecundorum vnius Minuti ſemper æqualis: & in Profectionibus 5'. minutorum vnius gradus, etiam ſibi perpetuò ſimilis & æqualis. Ita vt quibus natis vita & ætas ad 2. 3. 4. 5. vel 10. 20. 30. 40. 50. &c. annos producitur, ſingulis diebus eadem menſura Cœli in ſingulis geneſibus reiteretur, donec alicui Planetarum circuitu ſub Zodiaco annuo ſupradicto adæquata vitæ vltimam Periodum attingat. Alij enim vitam 29. annorum cum diebus adiectis, qualis Saturno tribuitur, agunt. Alij 11. annorum cum diebus quibuſdam aut menſibus ſpacium tranſigunt, quantum ſcilicet Ioui datur. Alij annum cum certis etiam menſibus viuunt, vt Marti adſcribitur. Alij verò annum integrum, vt Sol, Venus, Mercurius annuam periodum habent. Aliis deniq; menſis lunaris terminus vitæ tantùm datur: aliis per aliquot tantùm dies, vt infantibus recens natis: aliis in ſumma plus, aut minus viuere à DEO datur. Ex quibus perſpicuum eſt Multorum vitam & ætatem non in genere, ſed in ſpecie tantùm Planetarum annuis Periodis adæquari poſſe.

At verò Motus APOGÆORVM Eccentricorum Planetarum ſub

ſub Orbe Stellarum fixarum Priores hominum ab ORBE CONDITO geneſes, vel Ætates nobis quodammodo ſubindicant, & deſcribunt. Vt enim ab illo à Terra remotiſſimo Eccentricorum puncto Anomaliæ Eccentrorum motus numerantur; Sic iſta noſtra Tempora, ſic ætas hominum hæc poſtrema à priori illà,& prima Parentum noſtrorum Adami, & Euæ ætate deriuauit. Sed quæ multis modis vitiata, atque corrupta generatione,vita,moribus,conuictu mutuo,&c.ita degenerauit,vt illi puriori,ac firmiori ætati nullo modo comparari queat.

APOGÆVM namque Saturni annis fermè 100. vnum ſub orbe ſtellarum gradum perficere tantùm tradunt Aſtronomi. At quis iam hominum 100. annos viuat in Vita ſua,quæ vni gradui comparatur? Si ſint, rari,aut vix reperiri poſſunt. Quis,quæſo, inter tot nationum diuerſarum, etiam Antipodum, vel Braſiliorum,vel Tartarorum,&c.(qui diutiùs, quàm nationes Gallicas, vel Germanicas,vel Anglicas,Hiſpanicáſque,&c. viuere traduntur à Scriptoribus, ſi credere fas eſt) hominum natiuitates quaſlibet Adami γένεσ,quæ fuit, 930. annorum, *Geneſ. cap. 5. verſ. 5.* comparabit?


Vel ætati	*Enoſi,*	*Quæ fuit annorum*	905.	*Geneſ.*	5.	11.
	Kenani,		910.	*Geneſ.*	5.	14.
	Mahalaleelis,		895.	*Geneſ.*	5.	17.
	Ieredis,		962.	*Geneſ.*	5.	20.
	Henoci,		365.	*Geneſ.*	5.	23.
	Methuſcelai,		969.	*Geneſ.*	5.	27.
	Lemeci,		777.	*Geneſ.*	5.	31.
	Et Noaci,		950.	*Geneſ.*	9.	29.

Nullibi iam inter mortales eiuſmodi ἑκατονταετηρίδες γενέσεις eſſe in vllo quoquam audiuntur,nec à Scriptoribus Hiſtoricis recitantur ampliùs. Multò itaque minùs eæ noſtris Planetarum APOGÆORVM Periodicis motibus, & annuis conuerſionibus, quæ longè multò hos Antiquorum Parentum noſtrorum annos excedunt,aſſimilari poſſunt.

ISTA *nobis depingunt iuſtum Dei iudicium ſuper hominum ætates, nempe qui pro peccatis vitam illis tantam,quanta primis Parentibus prorogata eſt,prorogare nolit. Vt Propheta Dauid Pſal.78.33.& 90.8.9.10. docet. Itaque* DEVS *,vt ita dicam,annos veterum illorum Patrum,& aliorum,qui poſt Noacum vixerunt,quales fuerunt Sem.600. annorum natus: Arpacſad, 438. Serug, 230. Nacor, 148. Tarė, 205 Scelah, 433.*

Heber 464. Peleg, Rehu, 242. annorum natus Genes. 11. Item Abrahamus, 175. Sara, 127. Genes. 23. Ismael, 137. Genes. 25, Isaacus, 180. Genes. 35. Iacob, 147. Genes 47. Iosephus, 110. Genes. 50. Leui, 137. Caath, 133. Amram 137. Exod. 6. Aaron, 123. Num. 33. Moses, 120. Deut. 31. & alij quorum anni minores sunt annis priorum, Centenarios, Ducentenarios, Trecentenarios, Quatercentenarios, &c. in menstruos, eorumque partes conuertit, ac mutauit. Quod verisimile est.

Si enim diuidas vitam integram Adami 930. per 12. menses, senium multorum inde resultabit hodierni temporis 77. annorum cum 6. mensib. Si Enosi annos distribueris in 12. dabunt nostro tempore annos ætatis hominis 75. cum 5. mensibus. Si Noaci 950. eadem ratione partiantur, dabunt 79. annos & 2. menses. si denique annos Methusçelai 969. eo modo tractaueris remanebit æquatio ferè annorum temporis robustiorum virorum, de quibus Dauid Propheta Psalmo 90. loquitur, nempe 80. cum mensibus 9. &c. Quod etiam veritati consentaneum est. Quódque demonstrandum erat, & hæc de Eccentris Planetarum, & eorum Apogæis sufficiant.



2. EPICYCLUS.

EPICYCLVS est orbiculus Theoriarum Planetarum, qui Orbi eccentrico totus insertus ab eodem circumfertur.

VSVS ET OFFICIVM.

1. PER EPICYCLOS saluatur altera Anomalia motus longitudinis Planetarum. Solent enim Planetæ in iisdem locis Eccentrici aliquando magis, aliquando minùs veloces esse, quàm Eccentricitatis ratio postulat. 2. EPICYCLVS causa est, sicut velocitatis concitatioris, & tarditatis remissioris: ita etiam stationum, & regressuum 5. Planetarum, præter luminaria ☉ ☽. 3. Per EPICYCLOS demonstratur magis euidens ratio inæqualis distantiæ Planetarum à terra, quæ etiam in oculos vulgi cadere potest. Hinc aliquoties contigit, vt Martis stella propter propinquitatem ad terram in Perigæo epicycli insolita magnitudine apparens pro noua stella fuerit habita, quæ tamen in Apogæo epicycli sita, tanta exilitate visa est, vt vix stellas secundæ magnitudinis adæquaret. 4. In EPICYCLO numeratur Argumentum medium & æqua-

& æquatum, ex quo προσθαφαίρεσις Epicycli inuenitur, vt verus locus Planetæ habeatur.

DOCTRINA ET Applicatio.

EPICYCLI, *Planetas suos in se fixos habentes, de vita hominis initio, & ætatis progressu, & extrema periodo docent, Qualis nimirum totus illius cursus vitæ sit in hac mundi luce.*

Vt enim Planetæ in Apogæo Epicyclorum SOLI *vniuntur, ac inde motu celeriori fiunt, fiunt & aucti lumine, & fortitudine, ad priorem vsque Epicyclorum stationem, quæ fit in puncto epicyclorum maximè Orientali, maximáque eorum semidiametro versus Ortum à* SOLE: *sic hæc prima epicyclorum pars Pueritiam, & Adolescentiam præ se ferre videtur. Infans enim natus, ab vtero matris lucem huius mundi ingreditur: inde educatus vires sumit corporis, & animi: Celer, & agilis, & dexteritate præditus fit: in actionibus pueritia mobilis, eò quòd hæc prior ætas* LVNÆ *competit, quæ in Pueritiam, & in Infantiam vires suas exerit, & præpotens est, & nouæ lucis adeptione, ac fruitione voluptati, quam inde capit, studet, &c.*

Deinde stationarij facti Planetæ à prima epicyclorum Quarta regrediuntur, ac retrocedunt in signorum antecedentia, vel contra ordinem Dodecatemoriorum Zodiaci motu facto à priori statione per Perigæum ad posteriorem vsque stationem, quæ fit in puncto epicyclorum maximè Occidentali. Hæc itaque epicycli cuiusque Planetarum inferior medietas Iuuenilem, ac virilem Hominis ætatem repræsentat. In qua multa patitur, multos subit dolores, multas ærumnas, & afflictiones, damna, & pericula, ægritudines, & corporis & animi passiones experitur: Quæ omnia Regressioni Planetariæ, quæ contra naturæ ordinem fit, æquiparantur.

Tertiò à statione posteriori, Planetæ, post regressus factos, fiunt Directi motu, vt SOLEM, *vnde lucem habent, cursu petant, tandémque adimpletis Periodi vnius diebus: luce, & splendore deficiant. sic postrema hæc Epicycli Quarta nobis senilem Hominis ætatem depingit, Quæ post vitæ suæ sudores, & labores paulatim tandem deficientibus corporis viribus, luce huius mundi priuatur, donec* SOLI, DEO *Christo efflata anima, post Resurrectionem Nouissimam, vitam æternam cum Christo, & beatis omnibus viuat.*

Terminus autem Periodo vni Epicyclorum Planetarum qui congruit, plerisque ætatibus hominum aptari potest, si dies Periodici pro mensibus assumantur. Ita Epicycli Saturni Periodus, quæ est 378. dierum, dabit 31. annum cum 6. mensibus. Iouis verò Periodus Epicycli 398. dierum, dabit 33. annos & 2. menses. Martis 779. dies efficient 64 annos 11. menses. SOLIS, 365. dies creabunt 30. annos 5. menses. Veneris autem Periodus vna Epicycli, quæ est 583. dierum, dabit 48. annos, cum 7. mensibus pro vitæ spacio. Mercurij verò vti periodus vna perficitur diebus 116. ferè, dabit annos 9. cum 7. mensibus. At Luna quæ dies habet 27. periodicos dabit tantùm 2. annos & 3. menses.

Cæterùm, Quomodo hæ Periodi Epicyclorum Planetarum hominum ętatibus diuersis aptentur & accommodentur, id in arte Directoria consideratur, ac demonstratur. Cuius rei rationes perficiendæ nimis hîc longum esset demonstrare. Quare ad Directiones Planetarum Periodicas, ne extra propositum eamus, remittendus lector, Astronomiæ Studiosus.

SED etiam nos Motus illi Planetarum, per priorem Epicyclorum Orientis Medietatem qui ab Apogæo ad Perigæum descendunt, ac quodammodo versus terram demittuntur, & motu humiliantur. Docent nos humilitatem nostram, ac coram Deo humiliationem, suo exemplo, ne efferamur in hoc mundo superbia propter dona à Deo nobis concessa diuersa: sed potiùs vt discamus, inquit Christus Matth. 11. iugum Christi sumere, & mansuetos esse, dociles & humiles esse. Qua ratione tandem à summo capite nostro Iesu Christo exaltemur in gloriam: hoc est, vt ab his terræ infimis locis eleuemur, & rapiamur exemplo Christi supra Cælos omnes in regnum vitæ æternæ. Qui status nobis egregiè demonstratur eleuatione Planetarum, quæ fit à PERIGÆO Epicycli, & Eccentrici (puncto Terra propiori & infimo) ad APOGÆVM, summam Absidem Epicycli, à Terra remotissimum, & exaltationis summæ gradum, vbi SOLI Planetarum REGI vniuntur corpore, donec nouam periodum ab eo aggrediantur. Quæ summatim hîc etiam notanda erant, &c.



S. DVO

3. DVO DEFERENTES APOGAEA, & PERIGAEA.

DEFERENTES *Apogæa, & Perigæa Sunt duo orbes Theoriarum cuiusuis ex 7. Planetis, difformes, concentrici, & eccentrici simul, qui eccentricos omnes Orbes intra se complectuntur, quibúsque tota sphæra Planetæ mundo concentrica efficitur.*

VSVS ET OFFICIVM 2. DEFERENTIVM.

MEDIO *horum orbium totum sphæræ spacium, totáque eius moles salua, & integra conseruatur.* APOGÆA, *Quæ sunt puncta in circumferentia totius Orbis eccentrici à terra remotissima :* PERIGÆA, *Quæ sunt puncta in eadem Orbis circumferentia terræ proxima, motibus eorum promouentur. Tota Sphæra cuiusuis Planetarum efficitur mundo concentrica. Ac Luminaribus exceptis, trium superiorum Planetarum sicut & Veneris, & Mercurij Deferentibus munus deferendi Nodos committitur.*

APPLICATIO DOCTRINAE.

HI duo DEFERENTES *Planetarum* APOGÆA, & PERIGÆA *quibus ipsa Apogæa, & Perigæa sub Zodiaco motibus suis promouentur; hoc est tanquam fræno quodam imposito certis legibus statutis, motuúmque particularium imperio qui cohibentur, ne vicissè incedant, aut etiam ne tardiùs vel celeriùs quàm par sit motum suum agant, vel eum excedant : Sed æqualiter sub recto regimine ac ordine pulchro circumeant sphæram totam in Signorum consequentia, ita vt nullus eorum limites orbis sui transiliat, sed in officio quisque Errantium se contineat, Perbellè nobis quodammodo duos*

Reges, vel Magistratus exprimunt in cœlis; Quorum Vnum Mundo Concentricum quidem, est APOGÆI *motum dirigere sub certis legibus motus sui, quas insequi, quibus perstare, & quas obnixè obseruare cogatur. Alterum verò Mundo eccentricum, est* PERIGÆVM *Eccentri eadem norma regere: Quantum enim incedit* APOGÆVM *Deferens, tantum etiam incedit eodem raptu Deferens* PERIGÆVM *Eccentri à parte opposita: ita vt quæ lex imposita est vni, alteri etiam Deferenti communis sit.*

ITAQVE *Alter horum* DEFERENTIVM, *nempe* DEFERENS APOGÆVM, *tanquam Supremus, ac Præcipuus, Magistratum Ecclesiasticum præse ferre videtur. Cuius officium est, non solùm purum; & rectum* DEI *Verbum prædicare, prædicatum verò ac intellectum ab auditoribus exequutioni mandare, Matth. 28. 19. 20. Veluti baculo Pastorali oues dispersas, aut quæ disperdere se volunt ad suum Pastorem Christum reducere vt eum sequantur, & alantur, Psal. 23. 4. Regnum Christi propagare, & conseruare Ecclesiam, Ioan. 20. 23. Vt salui fiant credentes. Sed etiam arguere, flagitia increpare, corrigere errores, 2. Timoth. 4. 1. Quandoquidem Ministri, Pastores, Doctores, Diaconi Ecclesiarum, quorum officium est ista exequi, Duces & Pastores animarum, hoc est Ecclesiæ rectores, in S. Scriptura vocantur: Ioan. 21. 15. 16. 17. Ac proinde Magistratus Spiritualis locum habent, vt olim Sacerdotes, Leuitæ, & scribæ in synagogis Primatum obtinentes, Magistratus spiritalis nomine notabantur.*

Alter verò DEFERENS PERIGÆVM, *tanquam inferior, & terræ proximior Orbis, Magistratum Ciuilem, seu Polyticum nobis repræsentat; Cuius cùm sit officium easdem leges Deferentis Apogæum obseruare ad conseruationē totius Sphæræ Planetarum: Sic officiū Magistratus Polytici est, vt sit custos & Obseruator vtriusque tabulæ Legis: Deut. 17. 17. Vt instituat ex Dei Verbo, ac tueatur purum Dei cultum, falsum verò prohibeat, Deut. 13. 5. 6. & quicquid veræ Religioni obstaculo esse videtur, tollat, Exemplo Ezechiæ, 2. Reg. 18. 4. Consiliis & facultatibus Ecclesiam iuuet, & ministerium Verbi promoueat, Psal. 12. 29. Et Esaiæ 49. 23. Erunt Reges nutritij tui, &c. Denique vt faciat iustitiam & iudicium; hoc est, vt malos puniat, bonos tueatur. Insumma honestis legibus, & rationi congruentibus Rempubl. & Iudicia exerceat. Sunt enim, & appellantur Ductores, quia virtute aliis præire debent. Ordinatores, quia multitudini ordinem præfigunt. Speculatores, & Obseruatores, quia diligenter inspicere debent quid singuli ciues agant. Custodes, & Gubernatores, quia si Respu. his careat, tota prorsus euertitur, Non minùs quàm si* APOGÆA *&* PERIGÆA *illa eccentricorum Orbium Planetarum Deferentibus suis carerent,*

carerent, vaga omnia, erronea omnia, nullus penè ordo, quia nulli limites orbium certi essent; ac proinde nullæ leges certò, & ad conseruationem, vel promotionem motuum sphæræ Planetarum obseruarentur: Quia vacuum, aut condensatio, aut rarefactio, vel orbium aliorum penetratio in sphæris absque Deferentibus APOGÆA & PERIGÆA *admitteretur. Denique totus ille egregius concentus & harmonia orbium qui per hos duos Deferentes, sibi perpetuò adhærentes conseruatur, deficeret & euanesceret. Quod erat etiam obseruandum. Et hæc breuiter de* DEFERENTIBVS.



4. DEFERENS NODOS.

NODI *sunt duo puncta Eccentricorum, quibus Plana eorum ab Ecleiptica Plano intersecantur: Quæ intersectionum Puncta in* SOLIS *Theoria nulla sunt: quia Planum eius Plano Ecleipticæ perpetuò vnitum manet. Sed reliquorum Planetarum Eccentrici ab Ecleiptica deflectunt vtrinque, vno scilicet segmento in Boream, altero in Austrum: sicuti & ipsa Ecleiptica duobus punctis Æquatorem secans vtrinque ab eo recedit.*

AT DEFERENS NODOS *istos Est Orbis in Theoria alicuius Planetæ, vniformis, concentricus, totum Planetæ sphæræ systema continens, & Nodos sub ecleiptica circumducens.*

VSVS ET OFFICIVM DEFERENTIS NODOS.

INTERSECTIONVM *Nodos, siue Caput, & Caudam Draconis qui tantùm in Theoria Lunæ seruatur, in cæteris Planetis negligitur, & vnà cum illis limites maximarum latitudinum, eorùmque varietates per Zodiacum defert. In Theoria Lunæ beneficio huius orbis, quæ Nouilunia, & Plenilunia sint ecleiptica, scitur, &c.*

DOCTRINA ET *Applicatio.*

QVANDOQVIDEM huius Orbis ex Definitione illius officium est circumducere sub Ecleiptica Nodos Intersectionum Ec-

centri, & Ecleipticæ : Reuelare Ecleipses SOLIS, & LVNÆ in Theoria ☽. Aperire limites maximarum latitudinum, earúmque omnes varietates manifestas reddere, hic orbis, quatenus inseruit aliis totius Sphæræ quos in se complectitur, ac proinde totum Sphæræ globum, & pondus sustinet, SERVI formam Magistratus præ se fert.

DOCET *itaque hic Orbis Magistratuum Ministros ac seruos fideles, quales sunt Officiales, quibus sola rerum iudicatarum exequutio demandata est, maximè necessarios esse. Obedientia enim eorum, & fideli rerum administratione, Omnes qui à Dei, & Principis legibus aberrant, vel omnes qui ius ac Iustitiam corrumpunt, aut qui facinora patrant accusantur, reuelantur, & Principis imperio, ac mandato apprehenduntur, & puniuntur, vel ad rectam viuendi regulam reducuntur. Proinde totius Reipublicæ fideles* SERVI *ea, quæ ad* Πολιτείας *vrbium Ministerium præstandum æquitate, ac subditorum recta Iuris regula instituendorum faciunt, obedientia fideli præstant. Opera enim horum Magistratus Christiani honestas leges, & rationi congruentes Rempublicam & iudicia exercentur: mali puniuntur, boni tuentur. Pax custoditur, & eius infractores compescuntur: à latrociniis, aliisque vexationibus vrbes & Prouinciarum Respub. liberantur.*

Deinde per Rerumpublic. Ministros, seruos, Nodorum Deferentes, in seductores, pertinaces, & impios euersores Ecclesiæ & Reipublicæ animaduertitur. Quia Lex Diuina id iubet in blasphemos, & falsos Prophetas facere, vt legitur Leuit.24.16. Quod & Iosias laudabiliter fecit, 2. Regum 23.20. In summa per hos seruos, qui totum ferè sphæræ, hoc est Rerumpublicarum systema sustinent onere, muneris & officij sunt in Rebuspublicis instar Deferentium Orbium Nodos: hoc est, Qui scientiam soluendi & aperiendi difficilia, vel ignota iuris in se, & penes se habent, Omnes qui à Plano Ecleipticæ cœlestis, hoc est à circulo orbita, & semita Legis veræ Veri Dei, ac boni Magistratus, hoc est à Religione, (quæ Dei & Hominum nodus sanctus fit) & vero cultu Dei, Corde, Verbo, Voluntate, & Opere, aut quocunque alio modo deflectunt, accusantur vt in ordinem reducantur iustum subditorum, vel puniantur. Quia Magistratus, Deferentibus 2. APOGÆA *&* PERIGÆA *comparatus (vt suprà) qui Ministris, & seruis vtitur fidelibus, Non frustrà gladium gerit, inquit Paulus: Nam Dei minister est ad iram vltor malè agentibus, Roman.13.4.*

Atque hæc pauca sufficiant de Deferente Nodos, &c.

5. ÆE-

5. AEQVANS.

POSTREMÒ, Cùm hi supra descripti Planetarum orbes insigni & illustri ordine, ac miranda τάξια motus suos diuersos perficiant, sequitur aliquid esse inter tantam varietatem, & motus dissimilitudinem, quo regantur, & æquentur inter se, vt sit certa regula eiusmodi motuum Eccentricorum, & Epicyclorum. Quid verò sit illud tradunt Astronomi, nempe

CIRCVLVM *in theoriis Planetarum in Plano Eccentrici descriptum, ad cuius centrum (quodcumque illud sit) Eccentrici, atque Epicycli motus æqualis efficitur. Quem circulum Aequantem, vel Aequalitatis, vel Aequatorem, vel eccentricum Aequatorem vocant, cuius centrum, punctum, seu centrum Aequalitatis vocatur.*

VSVS AEQVANTIS.

HIC circulus est regula motus eccentricorum Planetarum. Ipsi enim in omnibus Planetis præter SOLEM, *non ad proprium suum centrum, sed ad aliud quoddam punctum, quod Aequantis est, regulares, & æquales motus conficere deprahensi sunt.*

Hinc sicuti in SOLE *Eccentrici orbis eccentricitas: ita in tribus superioribus, & Venere ac Mercurio Aequantis eccentricitas causa est, quòd linea veri motus epicycli eorum differt à linea medij motus. Et inde verus motus ab eorundem motu medio: item Anomalia Eccentri media à vera.*

Quinetiam Epicyclorum trium superiorum Planetarum, ac Veneris & Mercurij conuersiones hoc ipsum Aequalitatis punctum obseruare animaduertuntur. Nam nec ipsorum motus æqualis est à puncto contactus immobili, sed à vago Apogæo medio, quod recta ex hoc æqualitatis centro per Epicyclum traiecta in circumferentia eius determinat.

Hinc etiam Aequalitatis hoc punctum facit vt extra APOGÆVM, & PERIGÆVM *Eccentrici Epicyclo constituto, Apogæum Epicycli Medium & Verum, sicut & punctum contactus, & inde Anomalia Epicycli, seu Argumentum Medium & verum, inter se differant.*

APPLICATIO, ET DOCTRINA.

Cùm itaque in *Plano Eccentricorum Planetarum Aequantes* circuli ipsis æquales Eccentricis applicentur, Qui *Legis* instar certæ motus Eccentricorum, & Epicyclorum æquali regula regant: sine quibus alioqui vagi, inordinati & inæquales motus eorum fierent, cùm tamen, vt experientia quotidie comprobatur, & Eccentricorum, & Epicyclorum diurni motus super centra sua diuersa perpetuò æquales appareant, & existant:

Mirabilem ac stupendam DEI *sapientiam, ac Prouidentiam docent Aequantes; Qui stupendo, & prorsus admirando artificio, afflatu spiritus sui, in sphæris, seu orbibus & circulis stellarum Errantium regendis, mouendis, seu impellendis, & conseruandis, Leges certas, constantes, ac firmas sanciuit: Quibus partim velociores orbes à motu concitatiori iusta mensura cohiberentur, ne cancellos epicyclorum Planetæ transgrederentur, néue vlla præcipitatio ad circulorum confusionem fieret: partim verò lentiores, grauiores, ac ponderosiores motu orbes simul concitatiores efficerentur: ita vt hoc imposito Aequante circulo Plano Eccentricorum Planetarum, à Deo Aequalitas motui vtrorumque, tanquam motuum Regula imposita sit. Quod verum est.*

QVEMADMODVM *igitur illi superiori, ac cælesti Orbium Planetarium (vt ita dicam) Magistratui, de quo suprà, Leges imposuit, Quibus recta, iusta, & æquali Regula motus suos perficerent:* ITA *dicimus Deum ipsum Magistratui terrestri dedisse Legem suam, hoc est Voluntatem suam Decalogo patefecisse, Quæ valet ad continendum vnumquemque in officio suo: ad regendos externos mores: Ad terrendos deploratos, & ad non deploratos subigendos, præparandósque ad remedium quærendum, & excipiendum in Christo propositum.*

Est enim LEX DEI *Præceptio Diuina, quæ continet piè, iustéque coram Deo viuendi regulam, requirens ab omni homine perfectam, & perpetuam obedientiam erga Deum: Quæ vitam æternam perfectè obedientibus promittit: mortem verò, & damnationem minatur eam non perfectè præstantibus, iuxta dicta, Qui fecerit hæc, viuet in eis: Leuit. 18. 5. Deuter. 27. 26. Maledictus qui non fecerit omnia verba Legis huius.*

HAC *itaque opus est Dei Lege, nostro Eccentricorum, & epicyclorum Aequanti aliquo modo comparata, etiam renatis omnibus spiritu regenera-*

generationis, alioqui ratio humana absque regula illa Dei perfectissima facilè à Dei cultu aberrat: non minùs quàm si eo Aequantis circulo motus eccentricorum epicyclorúmque non cohiberentur, nec regerentur, facilè etiam Planetæ à motibus certis, quos habent, aberrarent, ac proinde vana de motibus cœlestibus scientia esset, & absurda multa consequerentur.

IN SVMMA, *Docent nos* COELI *qui obseruantes motuum suorum leges à Deo ad semper æqualem, ac vniformem circuitum inditas ac statutas, Gloriam Dei enarrant, Deo Optimo Maximo debitam Obedientiam, Reuerentiam, Honorem, Cultúmque cum Amore sancto, & vera gratitudine præstandum esse iusta, & perfecta Præceptorum & Voluntatis suæ Regula. Finis enim Creationis Cœlorum, adeóque rerum omnium est Dei Gloria, vt docet Solomon Prouerb.* 16 4 *Vniuersa propter seipsum fecit* IEHOVAH, *nempe vt ipsius Bonitas, sapientia, Potentia, & Aeternitas eluceret: Cùm omnia produxerit eo fine, vt ipse agnoscatur, celebretur & glorificetur: ac inde Homines occasionem arripiant fiduciam suam in Deum collocandi, eúmque inuocandi, colendi, amandi, laudandi, & perpetuum celebrandi. Illi ergo sit laus & gloria in æternum:* AMEN.

Hæc de *Planetarum Eccentris, Eccentrorum Deferentibus, Apogæis, Perigæis, Epicyclis, & Aequantibus* conscripta sunt, vt collatione conformitatis eorum cum rebus mundi terrestris aliquatenus facta, Ea, quæ nos admonent, ac docent ex sacris excerpta, & aptata, vtilitati, ac ædificationi fidelium sint. Quæ ab omnibus æquis, ac piis Lectoribus æqui boníque consulta esse oro, precórque.

FINIS.





Hic Typus est referendus ad decimam sextam Paginam Tractatus *De Nouo Sydere*, loco alterius Typi, in quo Lunæ transpositio facta est.

DE SYDERE

DE SYDERE
NOVO,

Seu de noua Stella: quæ ab 8. die Octobris anni ἀπὸ τῆς ΧΡΙΣΤΟγονίας 1604. inter Astra Sagittarij vi-
deri cœpit; ac annuæ reuolutionis 1605.
periodo proxima extincta euanuit,

ENARRATIO
APODEICTICA.

Autore ELIA MOLERIO, *Theologo, & Astronomo.*



Excudebat Iacobus Stoer,

M. DCVI.



CATALOGVS EORVM quæ in hoc opusculo tractantur, & declarantur.

De apparitione noui Syderis annorum 1604. & 1605.

Num vna de Stellis firmamenti antiquis in Sagittario fixis & à DEO 4. die creationis creatis sit, nec-ne.

Quid illud fuerit: & de diuersis de eo quorundam opinionibus.

Vtrum in suprema aeris τῶν μετεώρων seu Cometarum regione: vel inter Saturni, & Iouis, aut aliorum Planetarum haeserit, an verò in Firmamento fixum hoc sydus inter fixas stellas fuerit, nec-ne:

De causis eius naturalibus Efficiente Impulsiua, ac Formali.

Cur, Quando, & Quomodo in æthereo ac superlunari cœlo accensum sit.

De variis eius coloribus: ac de situ eius in Zodiaco inter stellas portentosæ imaginis in Sagittario Ophiuchi.

Et de natiua eius virtute: ac ἐνεργίᾳ sensibili in personas, & res elementatas, cum indicio Astrologico, & Theologico.

AMPLIS-



AMPLISSIMO
VIRO, VIRTVTE, SAPIENTIA, POTENTIA, DIGNITATE & Autoritate eminentissimo

DOMINO

D. VINCENTIO DACHSELHOFFERO ILLVSTRISSIMAE REIP. BERNENSIS QVAESTORI, AC SENATORI Dignissimo

Mecœnati suo, ac Domino clementissimo ac plurimùm colendo;

Gratia & Pax à Deo Patre, & Domino nostro IESV *Christo.*


TIBI, MAGNIFICE DOMINE, AC MECOENAS humanissime, pro tuis in me meritis, ac pro Excellentiæ tuæ dignitate, lapillos pretiosos, gemmas, margaritásve proferre non queo. Etenim, *Quid ego dum viuam terebrato sæpè salino Darem?* Sed erga virum tam bene de me meritum, cui sum multis nominibus obnoxius, ἀχάριστος ne viderer, minutum hoc τῆς εὐχαριστίας symbolum do, dono, dicóque: Opusculum nempe *De Noua Stella*, *seu de Nouo Sydere*, quod annum & ampliùs, suo semper loco fixa hærens, in Firmamento prope Saturni stellam errantem in Sagittarij Dodecatemorio mirificè scintillauit. Res sanè noua; admi-

randa, prodigio ostentóque persimilis: ac proinde significatione non carens. Hoc itaque, Mecœnas benignißime, atque humanißime Domine, pro solita in me tua humanitate ac beneuolentia, etsi perexiguum est, non minùs promptè quàm libenter accipere digneris. Deum Optimum Maximum Regum, ac Principum Summum Dominum obnixè, ac indesinenter oro vt te perpetuò saluum & incolumem seruet, omníque benedictionum genere locupletet: Te matheseωn astronomicarum protectorem ac fautorem in multos annos pro sua bonitate ad Regni Dei, Ecclesiæ Domini Nostri Iesu Christi propagationem & tranquillitatem, ac Reipubl. conseruationem viuere concedat. AMEN.

Obseruantißimus dignitatis tuæ & obsequentißimus tibi

ELIAS MOLERIVS.

DE NOVA





DE NOVA STELLA:

Quæ ab 8. die Octobris anni ἀπὸ τῆς Χριστογονίας *1604. inter Astra Sagittarij videri cœpit: ac annuæ reuolutionis 1605. periodo proxima extincta euanuit.*

ENARRATIO APODEICTICA.

CVm Anno 1604. præterito, & mense Octob. ab Occasu Solis post 6. diei 15. horam sereno tempore cœlum intuerer, coniunctionem *Planetariã Saturni*, & *Lunæ* obseruaturus, quæ ab *Origano Glacense* Mathematico Professore in inclyta Septemuirali *Marchionum Brandeburgensiũ Academia*, Doctissimo viro in suis *Ephemeridibus* nouis scripta, mihi suspecta erroris, ob fortasse typographiam videbatur hora 18. minutis 53. post *Meridiem* in *Horizonte Francofurtano*: ac tum in animo esset visibilem hanc copulã cum calculo meo, quo in *Horizonte* meo *Latobrico Lemanno* eam hora 8. minutis 16. à *Meridie* fieri mihi constabat, collatis, nimirum *Lineã rectã Lunæ* cornibus cum *Saturni stella*, *mei calculi* tempore eam συζυγίαν fieri deprehendi. *Percepti Syderis Noui occasio.*

Cùm autem hæc vesperi conferrem, in *Zodiaci* consequentia non procul à *Ioue in Sagittarij* Dodecatemorio circa 18. gradum, Visa est à me *Stella* iustæ magnitudinis inter *Saturnum & Iouem ipsum*: Quæ mihi primò incognita *Mercurium* eam esse, propter eius frequentem scintillationem, atque colorem rutilantem prima facie autumaui. Verùm, quia nimia à *Sole* ad stellam illam distantia erat, vt illicò iudicaui, dissuasus ab ea opinione, arripui *Ephemerides*, quæ 15. die eodem ipso *Meridie Mercurium* in 24. gradu 22. min. *Scorpionis* esse demonstrarũt: ac proinde nõ *Mercurium* eam esse confirmarunt, eò quòd etiam *Mercurius* cùm à *Sole* vno *Zodiaci Dodecatemorio* nunquam aberret, à *Sole* ipso ad *Nouam hanc Stellam* distantia 46. gradus *Ecleipticæ* excedebat. *Sol* enim eo die in 2. *Scorpionis* gradu, *Venus* in primo *Libræ* sub *Horizonte* erat: *Mars* item in 1. *Capricorni* gradu repedabat. Neuter igitur illorum *Planetarum* esse potuit. *Visum Sydus nouum.*

Cretio noui Syderis. Deinde nec de *Stellis* fixis *Sagittarij* antiquis, & solitis esse videbatur. Sunt enim omnes tertiæ, quartæ, & quintæ stellarum magnitudinis, *Antare*, quæ *Cor Scorpionis* nuncupatur, dempta, quæ secundæ magnitudinis 4. gradum 17. circiter minut. *Sagittarij* occupat. Ab initio enim mediocris magnitudinis, vt pote tertiæ esse videbatur: à quo deinde singulis diebus vesperi paulatim, ac sensim magnitudine crescebat, maiorque lumine, & splendore fiebat, ita vt spacio tandem vnius mensis ferè absoluto à 9. *Octobris* die numerando, *Syrium*, *Canem maiorem*, qui cæteras super nostrum *Finitorem*

Magnitudo. stellas fixas omnes *Firmamenti* magnitudine facilè superat, & *Venerem* ipsam tantoperè in maiori sua φάσει fulgentem *Hesperum*, & *Luciferum*, splendore rutilanti, paululùm excederet, vel saltem ei adæquaret: & *Iouem* ipsum, aliásque qualescunque fixas, & *Errantes* (*Sole & Luna* demptis) primæ magnitudinis stellas certo certiùs splendore, corporísque sui magnitudine omnes in sua κλάσει vehementiori vinceret.

Crescebat ergo splendore in dies tanto; vt cæteræ omnes 15. stellæ fixæ *Firmamenti* cum *Planetis* 5. ♄ ♃ ♂ ♀ ☿ primæ magnitudinis, secundæ magnitudinis appellandæ, & habendæ meritò huius respectu essent. Sed quæ temporis successu iam ita

Finis noui Syderis, aut noua Stella. deleta est, vt penitus nihil, nulla penitus eius nota dignosci, nec multò minùs apparere queat.

1. Quæstio num sit Stella de antiquis Firmamēti stellis. Quæ cùm ita sint diligenti studio obseruata, & animaduersa, Quæritur iam Primò, *Num sit Vera stella de Firmamento, ex stellis nimirum Sagittarij Signi antiquis à Deo creatis, & ab Astronomis semper obseruatis, nec-ne?* Res enim sanè admiratione digna, stupenda, & Prodigio persimilis est: Quæque quorundam, imò multorum doctorum virorum ingenia exercuit. Id autem vno argumento, saluo meliori iudicio, solui potest hac ratiocinatione syllogistica.

Ratiocinatio Syllogistica.

Stellæ omnes fixæ, quas Deus die creationis suæ 4. creauit in Firmamento, quæq; hodie eadem quantitate apparent, sempérq; lucēt, neq; crescunt, neq; decrescunt splendore, & lumine. Quod verissimum est.

Atqui hæc Noua Stella ab initio exiguo apparitionis suæ creuit, & splendore & lumine cum coloribus suis, ac postea diminuta & penitus extincta est. Quod etiam verissimum est.

Ergo profectò non stella est, Vt sit Vna propriè de Firmamento earum, quas Deus παντοκράτωρ creauit 4. die creationis: sicuti à plerisque talis de *Firmamento* esse creditur.

Opiniones 3. Astrono- Quemadmodum enim nōnulli, licèt pauci *Astronomi*, referēte *Christophoro Clauio* in Cōmentariis suis in *Sphæram Ioan. de Sacro Busto*, doctis-

ctiſſimo viro,& *Aſtronomo* peritiſſimo,putauerunt eam ſtellam nouam,quæ *Anno Chriſti* 1572. in conſtellatione *Caßiopeæ* apparuit,ac anno 1574.euanuit,*Nouam* non fuiſſe: Sed vnam ex antiquis illis 13. ſtellis *Caßiopeæ*,ab *Aſtronomis* quæ obſeruatæ ſunt: Viſam autem tunc eſſe maiorem ſolito, propter exhalationem in ſuprema aeris regione inter ipſam,& noſtrum aſpectum interiectam: ac inde factum eſſe vt plerique illam fuiſſe *Nouam* crediderint: *morum de Stella noua anni 1572.cum hac collata, & applicata.* 1.

Vel etiam,Quemadmodū quidam exiſtimarunt Stellam illā fuiſſe minimam aliquam in *Firmamento* ex earū numero, quæ extra 6.magnitudines ſunt, ac plerunq; ob exiguitatem deliteſcunt,ita vt non appareāt,(ob ſcilicet extremam à viſu noſtro elongationem,vltimū receſſum,ſupremamq; earum altitudinem) ideóq; quæ ab *Aſtronomis* non ſunt in numerum ſtellarum relatæ: propter exhalationem autem interpoſitam,viſam eam tunc fuiſſe tanta magnitudine,vt ab omnibus ferè *Noua* exiſtimaretur. 2. *Opinio.*

Vel deniq; Quemadmodum alij *ſtellam* illā *Caßiopeæ Nouā* fuiſſe in ſuprema aeris regione *Cometā* arbitrati ſunt.Ita certè,& ſimili prorſus ratione de hac noſtra 1604.& 1605.annorū *Noua Stella* iudicium à pleriſq ferri poteſt.Verùm opiniones hæ,ac ſentētiæ *Aſtronomorū* quorūdā de illa *Caßiopeæ Noua ſtella* latæ,huícq. noſtræ *Sagittarij nouæ* etiā *ſtellæ* collatæ,& applicatæ nō probantur,nec ſatis approbantur,aut veræ cenſentur ex ſuperiori ratiocinatione Syllogiſtica. 3. *Opinio.* *Reſolutio.*

Quid igitur ſit hæc *Noua Stella* diſputatur. Alij namq. *Materiā ſtellatam,in fixarum Ophiuchi ſtellarū circūhærentem, & alligatam eſſe* cenſent,*quæ*,vt inquit *Albumazar,Tractatu de Cometis, facta ſit à Coniunctione duorū Planetarum*,(vt poſtea dicetur)veluti *Saturni & Iouis*: (quod fieri poteſt) *Quæq; vt vapor cum lumine ſtellæ cuiuſdam Ophiuchi adhæreat.* Quod etiam credibile eſt,eò quòd vapores, ſeu exhalationes creſcunt,& decreſcunt vbicūq. attractæ, & adhærentes ſint in cœlo Elementari. (Quod etiam inter *Planetas*,eorúmq. orbes accidere poteſt.Sed quod minùs durabile ſit,& minùs appareat.) *Quid ſit, & quomodo facta ſit* 1. *Sententia.*

Ita enim tanta, támque opaca,& admiranda corpora cœleſtia, quibus DEVS Optim.Max.eorum Creator,ac Rector maximas virtutes,& potentias indidit ad *Nominis ſui gloriam*, vt Pſalm. 8. & 19. Propheta teſtatur, operantur ſurſum, deorſum, dextrorſum, ac ſiniſtrorſum in mundo *Elementari* diuerſimodè, vt in *Æthereum*, ſurſum ad *Firmamentum* vſque ſuas vires,radioſque, quos *Aſpectus Aſtronomi* vocant bonos, maloſúe, vt inter *Zodiaci Dodecatemoria* efficaciſſimè alij ad alios *Planetas* extendunt, pellicere poſſe: in eoque inter ſtellas fixas infigere, & collocare, ſeu pro- *Quomodo operentur corpora cœleſtia.*

iicere posse facilè credam. Attamen id rariùs, quàm in *Elementari* mundo fieri posse ab iis cœlestibus corporibus non dubium.

Quomodo tam firmiter hæreat, & ardeat in Firmamento Mirabile esse.

At verò si ita sit, *Quomodo ibi in Firmamento cum Stellis* fixis præsertim *Sagittarij*, non autem alibi tam constanter, ac firmiter suo loco *Materia hæc Stellata*, quam vocant, accensa sit, & hæserit, mirabile est, dictu non solùm, cogitatúque arduum, sed hunc soluere nodum difficile est. Ac cùm admodum non dissimilis sit hæc *Noua Stella*, seu *Materia Stellata*, ab ea, quæ Anno τῆς χριστογονίας 1572. in cœlesti *Cassiopeæ* imagine visa est. (de qua *Christoph. Clauius Bambergensis, de Societate Iesu* in suis Commentariis super *Sphæram Ioan. de Sacro Busto* doctissimè differit, ac quorundam de ea opiniones affert, refutátque, suam sententiam adducens, ac in *Firmamento* eam collocatam fuisse probans): Tamen quid ea propriè *Materia Stellata*, vel *Noua Stella*: Quomodóque ibi accensa fuerit, eiúsque naturales causas, cum tempore initij arsionis suæ, inuictissimis argumentis, validissimísque rationibus nec ille, nec vnquam vllus alius antè, & porrò ad hunc vsque diem euincere, nec demonstrare potuit.

Autoris sententia, Quid hæc noua Stella sit.

Itaque, vt paucis dicam quod sentio de hac nostri temporis *Noua Stella*, Censeo eam non posse *De materia Stellarum* esse, vt sit *Stellata Materia*: neque *de essentia*, seu *de substantia fixarum Stellarum*, alioquin à principio tam exiguo tantus eius splendor cum coloribus suis variis non creuisset. Nec enim crescunt fixæ *Firmamenti* stellæ: sed perpetuò à creatione sibi constant, eædémque perpetuò manent, solido corpore, cœlorum suorum solidiori tanquam parte, laquearis instar clauos, seu nodos suos sibi innatos, & infixos, séque solidiores, duriores, ac firmiores, aliósque aliis maiores, & minores habentis, & continentis, qui quantitate eadem, magnitudine eadem, eodémque colore manent; Nec vllus vnquam, qui his inficiari ausus sit, repertus est. Neque enim hæc *Noua Stella* colore suo, splendore suo, corpore suo, ac proinde materia suâ diminuta fuisset. Sed qualis in principio suo magnitudine cum cæteris attributis apparuit, talis etiam ad hunc vsque diem & vlteriùs constanter permansisset, vt stellæ fixæ *Firmamenti*, vel etiam vt *Planetæ* ab initio creationis suæ perpetuò sibi constant, ac in eadem magnitudine, in qua creatæ sunt, permanent.

Ratio 1. *Ratio 2.*

Exemplũ a Simili.

Exempli gratia. Si saxi frustum, vel solidi ligni ex saxo vel marmore, vel ligno durissimo scindas, seu potiùs si in partes saxum frégeris; non partes illæ profectò per se non motæ crescent, nec minuentur: at per se potiùs similes naturæ saxi colore, atque duritie,

& quan-

& quantitate sua constanter permanebunt. *Partes enim similes Toti suo sunt*, & contrà *Totum partibus suis simile esse debet*. Ita sanè de hac *Noua stella* nostri huius seculi vltimi censendum esse puto, vt meam, quam meliori sententiam non interpono dicam: Firma quippe quæcunque siue in *Cœlo Firmamenti, ac Æthereo*, siue in *Elementari* Cœlo, in Terra Vniuersi totius sint, firmiter: Solida solidè, & Dura cum duritie diu per se durant, ac permanent cum suis partibus inuicem constanter, ac strictè ita in vnum corpus coniunctis, & coniacentibus: vt per se etiam dissolui, ac euanescere nequeant. Contrà verò *Tenera, Mollia, Fluida*, & quæ sunt eiusmodi alia, similiáque, Parùm, Liquidè, & Molliter se habent, ceræ & aquæ instar: nec constantia, & permanentia cùm sint, statim euanescunt, corruunt, & ad consummationem minuuntur.

Conclusio à collatione eius Stellæ cum noua anni 1572. Stella.

Contrarium hoc *Firmo*, ac per se *Duro*, cùm non solùm in illa *Caßiopeæ Noua stella* Anni 1572. mirabiliter consideratum sit, ac etiamnum consideretur idem in hac nostra anni 1605. eò quòd illa non ampliùs appareat, & anno 1574. euanuerit: hæc verò in toto & partibus suis omnino æquè ac *Caßiopeæ Noui syderis* euanitio, ac totalis consumatio facta sit. Sequitur inde, ex his nimirum similibus, atque rationibus has *Nouas stellas*, admiratione dignas, *Non de Materia stellarum*: *nec Materiam stellatam vnquam fuisse, nec hodie esse*.

Ratio.

Ratio: Quia si de *Essentia*, aut *Substantia stellarum* permanenti, ac per se constanti fuissent, vti Stellæ suis in locis tam constanter ac perpetuò in *Toto* & in *Partibus* corporum suorum, & luce, & colore, & quantitate sua permanent, nulli mutationi obnoxiæ, constanter profectò ad hunc vsque diem permansissent, ac diutiùs ad omnium rerum extremam cōsummationem ac periodū permanerent. Quod ita affirmare ausim, vt aliud iudicium ab vllo quoquam ferendum non esse putem.

Quid sit hoc nouū Sydus, Sententia 2. quorundam.

μετεωρον Cometicum.

Alij verò quidam, sed pauci, quia hanc *Stellam Nouam*, quam vocant, non sibi constare, vt suprà demonstratum est, sed iam extinctam esse animaduertunt, *Cometarum* instar, qui materia indurata, comáque radianti, & magnitudine, seu quantitate corporis materiati crescunt, ac decrescunt, *Non stellam esse*: *Non de Materia stellarum*: *Non Materiam stellatam esse*: sed ΜΕΤΕΩΡΟΝ, seu *Materiam Cometicam*, vel iam pridem in aere ab anteriori longo temporis tractu suo in loco pressam, ac durissimè partibus suis coniacentibus in vno corpore globoso induratam esse censent, iudicant ac pronuntiant. Id quod verisimile etiam est, ac veritati quāproximum esse videtur. Hócq; (tanquam verum) iudicium de ea Stella mihi probatissimum

est, propter argumenta & rationes, quas in inquisitione Causarum naturalium, ac Temporis arsionis materiæ illius Μετεώρου in medium postea referamus.

2. Quæstio Vtrũ sit in suprema aeris regione cometarũ: an inter Sphæras ♄ & ♃. Vel in Firmamento fixa hæc Stella N.

Verùm antequàm eò perueniamus, Quæritur hîc secundo loco, *Vtrum hæc Noua Stella sit in suprema aeris regione, in qua τὰ μετέωρα ignita accenduntur, vt cœlo ignito proxima: An verò inter Sphæras Saturni & Iouis, tanquam eorum partus meteoricus, de eorum materia exortus: Vel etiam in Firmamento fixa inter Stellas 8. Sphæræ fixas, nec-ne?*

Solutio ex authoritate Clauij Doctissimi Astronomi.

Solutio ex *Christophori Clauij* verissimis, & inuictissimis argumentis, rationibus, & autoritate perspicua hoc modo fiet. Sic enim ille doctissimè scribit. Primò periti *Astronomi* vbique locorum tum in *Gallia, Germania* vtraque, *Italia, Hispania, Sicilia,* notauerunt *Stellam Nouam* 1572. anni *Cassiopeæ* constellationis eundem situm habuisse inter Stellas fixas, ita vt omnes quotquot obseruarunt eam, prope punctum id collocarent vbi *Colurus Aequinoctiorum circulum Arcticum* intersecat: adeò vt nullam penè παράλλαξιν, seu aspectus varietatem in ea, tam variis ac diffusis locis & regionibus deprehenderint.

Hoc ita certè in nostra hac *Noua stella Sagittarij* à plerisque diuersorum locorum, eorúmque longè dissidentium peritissimis *Astronomis* considerari, ac obseruari idem posse dubium non est.

Solutio secunda, ex cometis.

Deinde clariùs id soluitur, & confirmatur *Cometarum* exemplo: Nunquam enim vnus & idem *Cometa* è diuersis regionibus in eodem prorsus loco cernitur, si cũ syderibus ei proximis conferatur, siquidem ob vicinitatem *Terræ* non parùm subit aspectus diuersitatem, seu visus aberrationem, cùm ipsa *Luna* τῆς Μετεώρου regionis *Elementaris* propinqua, παραλλάξει non careat vlla.

Conclusio Vbi hæc N. stella existat.

Quæ cùm ita sint vera. Quis iam dubitabit *Nouam hanc Stellam*, seu Μετέωρον *Cometicum* hoc, non in suprema aeris regione, vbi *Cometæ* generantur fuisse, ac proinde non *Cometam* fuisse, sed supra *Lunæ* locum sortitum esse? Itaque, vt breuiter quod sentio dicam, inquit *Clauius, Censeo Stellam illam* 1572. *anni nouam, quæcunque illa fuerit, in Firmamento, vbi Stellæ fixæ sunt, extitisse: propterea scilicet, quòd in ea non sit deprehensa aspectus diuersitas, quæ aliàs in sublunari regione collocata, non dubiè animaduersa fuisset.* Sic sanè de hac nostra *Sagittarij Noua Stella* æquè iudicandum esse censeo.

Confirmatio.

Iam verò, inquit ille, *vt credam Stellam illam Nouam in Firmamento, non in alio quouis orbe inferiori siue Saturni, siue Iouis, siue*

etiam

etiam in alio quouis cœlestis Sphæra, extitisse. Hoc maximè argumento adducor, quòd neque ego, neque Vllus Astronomus, quòd quidem sciam, motum in ea animaduerterit præter eum, quem in fixis syderibus obseruamus. Nam constantem semper motum, eundémque planè situm inter alias stellas fixas totum biennium (tamdiu enim fermè durauit) retinuit. Quòd si in orbe alicuius Planetæ fuisset, cùm orbis ille sanè alienum à Stellis fixis motum habeat, proculdubiò & Stella ipsa eundem motum, cursúmque habuisset. Secùs autem rem habuisse Astronomi deprahenderunt. Ergo in orbe Vllius cuiusdam Planetæ non extitit. Atque hoc idem argumentum euidenter concludit. Multò minùs Stellã illam in Elementari regione extitisse, quòd ibi nulla ratione eundem semper situm, ac distantiam cum Stellis fixis potuisset retinere.

Ad eum modum iudicatur de nostra 1604. & 1605. Anni, eam in *Firmamento* cum Stellis fixis locatam esse: quia constantem motum, eundémque planè situm inter alias *Stellas* fixas per annum fermè & ampliùs retinuit: ac proinde in nullo *Planetarum* orbe existere potuisse. *Iudicium idem De hac nostri temporis 1605. No. Stella.*

Ex quibus ita perspicuum est, vti omnibus persuasum esse debet, *Stellam hanc Nouã in Sagittarij* constellatione sitam, vel nunc his extremis, ac deploratissimis sæculis, in quibus cum natione tortuosa, ac peruersa viuimus, A DEO Optimo Maximo in *Firmamento* procreatam esse, vt magnum aliquid portenderet, (quod cuiusmodi sit paulatim apparebit, nec ignorabitur.)

Quo pacto autem illic: aut vnde tam repentè extiterit: quid certissimè portendat: cur iam euanuerit, nec citiùs per vnum, duos, aut per aliquot annos antè, nec tardiùs etiam visa sit vt illa anni 1572. præter DEVM scire adhuc neminem arbitrandum est. Illud interim omnibus exploratum esse debet, DEVM sibi non ademisse stellas efficiendi potestatem: Quare & illum tum potuisse, & nunc posse, si modò velit, vel innumerabiles procreare. Cæterùm, quare tum temporis, quo hæc *Noua Stella* fulgere cœpit potissimùm, quàm alio anteriori, vel posteriori anni tempore, vel mensis, procreata sit, occulto DEI Maximi iudicio, qui nihil frustrà facit, sed omnia summa Prouidentia ad suos fines dirigit, quoad mortalibus patefaciat, permittendum est. *Obseruationes varia de eis & ratio earum.*

HIS ita præmissis, & declaratis. *Iam Causæ naturales, Cur, & Quando hæc Materia Noui Astri,* (Quod ex forma *Meteorastrum* appellare licet) in formam *Stellæ* in *Firmamento* micantis accensa sit, his rationibus inquiri possunt. *Causæ Naturales huius N. Astri.*

I. *Tempus anni. Autumnus nēpe, quo ardere cœpit.*

PRIMÒ, Si tempus consideretur, quo ardere cœpit, *Autumnus* nimirum, qui anni temporis *Crisis* est, id potissimùm tempus est, quo sursum τὰ Μετέωρα, & exhalationes excitantur: quæque ad superiorem aeris regionem *sublunarem* scilicet, & *Elementarem Igneam* perductæ accenduntur, in eóque cœlo consumuntur, vt ex *Cometis* notum est. Itaque sub eo tempore hoc *Nouum* ac insolitum *Sydus*, seu partus Planetarius, eam non regionem *Elementarem*, sed tanquam materiam *Meteoricam*, eámque perlucidam, ex aggregatione splendoris natiui à *Planetis*, vel ab alio *Astro* mirabili prorsus modo progenitam, omnes superlunares *Planetarum* orbes, seu *Sphæras*, vi *Solis*, aut aliunde sursum attractam, ad *Firmamentum* vsque inter *Stellas* fixas penetrasse, ibíque tanquam ad terminum suum profectam, infixam esse credibile sanè est.

II. *Locus, in ♐ 19. gradus. Qualitas 19. gradus ♐ & eius significatio.*

DEINDE & accedit loci huius Μετεωραστροῦ *Noui* consideratio, 19. gradus nimirum *Sagittarij Dodecatemorij*; qui gradus *Azimenicus* est, hoc est *Debilitationis*. Infirmus igitur, hoc est, qui τὰ Μετέωρα facilè recipere potest in se, locus ille minùs solidus: ac proinde, qui corporibus humanis imperfectiones, vel infirmitates causare, ac portendere potest, vtpote surditatem, cæcitatem, membrorum amissionem, si *Luna* tempore alicuius infantis partus in eo fuerit, vt ex *Astrologis* doctissimis *Albumazar* in suis *Introductorijs* docet. Malus igitur gradus ille 19. *Sagittarij* ab omnibus *Astrologis* censetur.

III. *Martis stella ardens, & ignea & causa causati ponitur. Effecta ♂.*

ITEM in hoc *Signo* cùm *Mars* igneus ille intemperanter, & præter modum tum temporis repedaret; proximus *Terræ in Epicyclo* suo: ac proinde ab initio anni ad 16. *Nouembris* diem per *Eccentricum* orbem in *Epicyclo* ad *Imam absidem* descendens, Vehementiam caloris sui toto mense *Septembri*, vt sciunt omnes, ad 14. *Octobris* diem vsq; ingeminauit: Per hunc *Planetam* τὰ Μετέωρα cœlestia, eáq; ignita, si in signis igneis *Ariete*, *Leone*, & *Sagittario* potissimùm existat, ac anni Dominium sortiatur: *Lunáq;* in terreis signis *Tauro*, *Virgine*, & *Capricorno* à malis obsessa radiis *Saturni* & *Martis* sit, accendi possunt. Atqui hoc ita accidit, vt posteà demonstrabitur. Potuit igitur hic *Planeta* arsionis, seu accensionis, & illuminationis huius *Noui Astri* causa esse. Cur verò radios, vel comam, seu caudam non emiserit, Cometarum instar, posteà dicetur.

IV. *Sol causa nouæ huius Stellæ.*

QVARTÒ, SOL ipse non paruam vim, & ἐνέργειαν in excitandis omnis generis *Meteoris* sub *Lunari* cœlo è terra sursum habet non tantùm, verùm etiam in iis ad *Firmamentum*, 8. *Sphæram* vsq; pertra-

pertrahendis, impellendis, ac infigendis. Is enim potentissimus omnium *Planetarum Rex*, & *Princeps Astrorum*, à quo *Lumina* sua hauriunt, ac mutuantur: ac proinde virtutes, motúsque suos habent, Ea plerunque vi sua, splendore non pari vlli, & motu suo excitat, & dissipat, peruolare, ac mirabili modo sursum, deorsum, ac vndequaque per *Elementare* cœlum, ac longè altiùs *Sphæris* omnibus *Planetarum*, per *Aethereum* nempe cœlum, experientia teste, permeare facit. In cœlo enim, quod *Firmamentum* est, Quî fit vt tales *Stellæ Nouæ*, quæ visæ nunquam antè sunt, vt illa *Cassiopeæ*, & hæc nostra *Sagittarij*, de qua loquimur, natæ sint, & forte etiam gignuntur in eo, his minores, quæ non animaduertuntur, nec obseruantur multæ aliæ interdum eiusmodi stellæ, licèt rariùs, quàm *Cometa* in aere? Nisi quòd SOL ipse radios suos, ac splendorem suum corporibus superiorum *Astrorum*, vel omnium *stellarum* lati Seminarij applicet, aggregétque: quo huius aggregationis splendorum diuersorum refractus in *Firmamento* radius, (seu materia radians, micans, ac scintillans, *stellæ* alicuius instar aliquo temporis interuallo) infixus, ac iniectus hæreat, & scintillet?

& eius virtutes quædam consideranda in hoc negocio.

Talem, ac tantam vim *Solem* habere quis dubitet? Postquam verò longo temporis interuallo sursum talia Μετεωρὰ euexit, & attraxit, ventorum concursu, & ardore suo ea indurare, rursúmque irrita facere, liquefacere, dissipare, ac vanida reddere potest. Confundit enim, vt experientia ipsa oculari comprobatur, suis radiis penetrantibus aerem, splendore, & calore suo natiuo, quas excitauit crassiores ipsas nubes in aere elementari; niues, pluuiam, frigus, ventos, & eiusmodi alia dissipat, ac dissoluit. Quæ cùm ita potenter in inferiori mundo ab eo fiant, cur non & poterit in superiorem, ac *Aethereum*, verùm etiam in *Firmamentum*, à quo æquè ferè, ac ab inferioribus *Elementis* distat, tales radiorum, & splendoris virtutes extendere, vt ibi etiam essencias *Meteoricas* splendentes, micantes, & scintillantes excitet, formet, ac pariat: eásque rursus duriores factas confundat, ac dissipet? Vero certè simile, ac proinde creditu facile est.

Vis Solis qualis & Quanta.

PRÆTEREA, *Iupiter* ventorum pater tum temporis *Soli* iunctus: vel radiis eius illustratus τὰ Μετεωρὰ sufflat, ac mirificè excitat: Multò verò magis, ac violentiùs, si *Mercurius* corpore vel radio adsit. Hoc itaque modo etiam excitari, & suscitari, ac proinde in formam stellæ visibilem hoc Μετεωραστρὸν causari, & accendi potuit. Hæ præcipuæ rationes, & naturales, efficientes, & impulsiuæ causæ *Noui* huius *Syderis* esse possunt.

V. *Iupiter causa noui nostri Syderis.*

Quando accensa sit Noua Stella.

Quando igitur *Iupiter*, *Mars*, & *Sol* breui temporis ſpacio ſuper 19. *Sagittarij* gradum, propè *Ecleptitam Solis orbitam*, vbi hæc *Materia* futuri *Astri Noui* tenebroſa adhuc attracta, & fixa hærebat, corpore *Tranſitum* fecerunt, tum *Sol* excitauit, *Iupiter* ſuo vento ſufflauit, ac *Mars* ipſe hoc Μετεωραςρὸν in formam ſtellę micantis, ardore, ignéque ſuo penetranti accendit.

Temporis autem arſionis terminus, quo & globosè formari cœpit ſic decerni poteſt. Die 24. menſis *Septembris Iupiter* tranſibat ſuper 18. gradum 36. minuta *Sagittarij* ipſo *Meridiei* momento: ac 9. *Octobris* die *Luna in Virgine*, Terreo Signo à *Marte*, & *Ioue* obſeſſa reperiebatur. Deinde 28. die *Septembris Mars* fuit in 18. gradu 32. minutis *Sagittarij*. Præterea 29. die eiuſdem menſis in eiuſdem *Sagittarij* ſigni 19. gradu 25. minut. *Iupiter*, & *Mars* horâ 5. à *Meridie* corpore iuncti erant. Ac poſtea 3. die *Octobris*, *Sol* & *Iupiter ſextili* radio inuicem ſe intuebantur. Itaque cùm inter 9. & 10. *Octobris* diem *Luna à Ioue & Marte* ſauciaretur, tum ex hoc impetu vt ex cauſa impulſiua; ſtatu & poſitu; radiorum proiectione: ac horum *Planetarum Tranſitu* fortiſſimo, & efficaciſſimo ſuper 19 gradum *Sagittarij*, *Stella* illa *Noua*; ſeu nouus *Partus* apparere cœpit, quanquam fieri poteſt vt paucis antè diebus ardere cœperit. Tale iudicium, ſaluo meliori, *Aſtrologicum* de initio apparitionis huius *Noui ſyderis* ferendum eſſe cenſeo.

σωνοδὸς ♄ & ♃ maxima 1603. anni, vt cauſa etiam ponitur.

Ad hæc admiratione digni ortus ſeu partus huius cauſa fuit, aut eſſe potuit σωνοδὸς maxima *ſuperiorum Planetarum Saturni & Iouis*, quæ anno 1603. præcedente, ac 14 die *Decembris* in eodem calido & ſicco, eóque *Iouiali Dodecatemorio Sagittarij* accidit. In quo excitatis à *Sole*, vel aliunde *Meteoris* eiuſdem ſigni qualitatis calidis & ſiccis, igneis ac violentis, non autem terreis, & obſcuris, ſic indurata ea reddi poſſe, vt micantia ſplendidè ignis inſtar in materia lignea ſiccâque circumhærentis, & ſcintillantis, ac ſe ſurſum, hinc & illinc, deorſum, & omniquaque mouentis: non autem comata, ſeu *Cometarum* inſtar radiantia appareant ad conſumptionem vſque, ex ardenti ſicco, non terreſtri & frigido *Sagittarij* Signo, perſpicuum eſt.

Sic de huius *Inſolitæ ſtellæ partu, ac Efficienti, Impulſiua, ac Formali cauſa* diuersè ſentire, & iudicare licet ex *Aſtrologorum* ſententia. Mirabilis namque planè magna hæc Superiorum duorum *Planetarum συζυγία*, ſeu copula in eiuſmodi igneo, & ardenti ſigno facta eſt, ac etiamnum adhuc durans in poſterum erit.

Hacte-

Hactenus enim mirabilia non solùm dictu, & cogitatu, verùm etiam creditu difficilia, & in cœlo, vt tot ignes, Cometas, flammas, Meteora insolita, eáque frequentia, ardores, fulgura, grandines, domorum fulgure conflagrationes, &c. pepetit: Et inter homines, tum in Polyticis, tum etiam in Ecclesiasticis, vt pote varias difficultates, mutationes, rixas, bella, disputationes, inuidias, odia; multa denique incommoda desuper vibrauit, & insinuauit. Effecta cuius varia durant adhuc, ac porrò ad plures annos nobis incognita, eáque fortasse asperiora, & seueriora elapsis experiunda hoc vltimo, ac desperatissimo omnium seculorum seculo, vltimæ DEI Patientiæ hominibus nationis incredulæ, ac tortuosæ, iusto DEI Seuerissimi Iudicis iudicio esse poterunt, nisi resipiscant. *Effectus 2. superiorum Planetarum.* ♄ & ♃


Porrò, *Color Noui* huius *Syderis*, qui modò rubeus, modò micans, modò plumbeus mixtim, ac proinde varius ab initio fuit, de *Essentia, Natura, & Qualitate* eius testatur. Nam de *Martis*, *& Iouis* cum participatione *Saturni*, & mixtione *Mercurij*, semine, & natura id *Nouum Sydus* esse dicas operæpretium est; quò factum est vt rutilans, & στίλβων præcipitanter, ob diuersas in eo *Autumni* tempore mixto qualitates, insolito cuiusuis alterius stellæ more visum sit. Cuius firmata, & insolidata materia calida, sicca, tantum effecit, vt per annum & ampliùs eius arsio cum colorum mutatione durauerit. *Colores Stellæ huius Noua, Essentia, Natura, & Qualitas.*

Collatio item eius in *Zodiaco ab Ecleiptica* latitudinem 2. graduum, 30. circiter minut. *Boream* habens, vt apparet ex sequenti cœli facie, maxima consideratione digna est. *Situs & collocatio Stellæ N. in Zodiaco propè Eclipticam consideranda.*

COELI

COELI FACIES, QVAE NOVI

Syderis Annorum 1604. & 1605. *situm inter Astra Sagittarij euidenter ostendit, ad visionis* 15. *Octobris diem Anni* 1604. *erecta.*



FVit enim & apparuit intra circulum latum *Vita* vel *Substantia* mundi, qui *Zodiacus ab Astronomis* appellatur; ex quo *Planetæ* omnes operantur in res elementatas deorsum, ac inde permulta cient; quippe qui sub eo, ac intrà eius latitudinem *Boream & Austrinam* motus suos habent. Propè verò *Lineam Solis*, qui à *Ptolemæo* Astronomorum Principe, *Vitalis potentiæ fons* dicitur, sita fuit hæc *Noua Stella*, sub imagine stellarum illa cœlesti, & humana, verùm portentosa, & mirabili forma *Ophiuchi* (qui propter formam *Serpentarius* dicitur): supra reliquam sequentem ex 4. *pedis dextri stellarum Stellam*, magnitudinis 5. & naturæ *Saturni*, cum participatione *Veneris*.

Situs

Situs, inquam, hic maximè considerandus est, vt ex *Physicis* eius rationibus, ex rerum nempe harum cœlestium natura, & qualitate eius *Significatio* quodammodo eruatur. Quare cùm in hoc cœli positu, & loco hæc *Noua Stella* scintillans arserit mirificè in *Tibia* nimirum, vel prope *Crura* cœlestis *Ophiuchi*: ac proinde in eius constellatione cœlesti fuerit. Primùm *imago* illa cœlestis, & humana talis est, vt hic *Ophiuchus*, seu *Serpentarius* super *Scorpionem Zodiaci Dodecatemorium* expansis pedibus, seu tanquam latè *προποδίζων* stet, ab vtraque manu à fronte, & à tergo strictè *Serpentem*, vel *Draconem*, à quo per lumbos circumcingitur, arripiens ac firmiter sustinens. Hunc *Ophiuchum Aratus Poëta* insignis sic versibus eleganter describit, cùm ait,

In tibia, vel prope crura Ophiuchi.

Habitus & situs Ophiuchi qualis in cœlo sit.

Hic Ophiuchus erit longè caput antè nitendo,
Et vastos humeros tum cætera membra sequuntur.
Illis languet honor, humeris manet integer ardor.
Luna etiam mensem cum pleno diuidit orbem
Lux tenuis manibus, per quas elabitur anguis,
Pressus vtraque manu, medium cingens Ophiuchum.
Scorpius ima pedum tangit, sed planta sinistra
In tergo residet: vestigia dextera pendent.
Est impar manibus pondus: nam dextera paruam
Partem anguis tenet. per læuam attollitur omnis,
Quantúmq; à læua distantia certa notatur
Erigitur tantum serpens: atq; vltima mento
Stella sub æthera lucet crinita corona,
Ad quam se dorso peruadit lubricus anguis.
Insignes cœlum perfundunt lumine chelæ.

Descriptio Ophiuchi, ex Poëta Arato.

HIC verò *Serpentarius*, Qualis, & cur inter *Astra* relatus fuerit idem *Aratus* in suis *φαινομένοις* cum *Commento* rationem affert; Historia cuius talis est. *Hic*, inquit ille, *ab Astrologis fertur fuisse Æsculapius, Apollinis filius, qui Medicinæ arte vteretur, ac mortuos suscitasse fertur. Quare iratus in eum Iupiter fulminis ictu domum eius cum ipso percussit. At rogatis patris Apollinis Iupiter ei arte sua rursus post obitum defuncto animam restituisse ad vitam, & inter Astra collocasse fertur, & putatur.*

Quis, & cur inter astra relatus sit Ophiuchus iste.

Cœterum habet stellas, in capite claram vnam; in singulis humeris claras singulas: in sinistra manu 3. in dextra 4. & duas in eis claras: in singulis lumbis singulas: in singulis genibus singulas: in dextra tibia claram vnam: in singulis pedibus claras. Sunt omnes 27.

Quot stellis describitur & notatur in cœlo Firmamento.

Serpens Draco quot Stellis describitur, & obseruatur.

Serpens, quem tenet in manibus habet stellas in orificio 2. in flexura capitis spissas 4. In manu *Ophiuchi* 2. claras. In prima flexura 8. In secunda, quam tenet in dextra manu, alias 8. In tertia vsque ad caudam 6. Fiunt omnes stellæ *Serpentis* 30. *Hæc Aratus.*

Quid positus hic N. Stella ex astrologia arte portendat propositũ docere: & ratio.

IAM, Quid hic in *Zodiaco Noui Syderis*, seu *Noua Stella* positus in cruribus nempe dextræ tibiæ *Ophiuchi* huius portentosæ constellationis portendere possit, etsi quæ de eo ab antiquis Poetis, & Scriptoribus recitantur, historica, & ficta, seu fabulosa sunt, paucis tamen quæ ex *Astrologia* fontibus excerpi possunt, breuiter absque vllius cuiusquam offendiculo, sed pro artis *Astrologicæ* iud cio, & ratione, sicut alteri, mihi quædam dicere liceat. Neque enim *Cometæ*, ignes cœlestes, *Meteora* ardentia: neque Stellæ fixæ, & ipsæ errantes *Planetæ*: neque Sydera quæcunque sint exigua, & magna in *Firmamento* quotquot extant, ac emicant: nulla deniq; cœlestis forma, seu Materia noua, vel antiqua in cœlo globosè apparens absque particulari significatione, vi, & potentia, experientia ipsa quotidiè comprobante, extat.

Domini Noui Syderis nostri statuuntur Iupiter, ♃, & Mercurius ☿ Affectio eorum.

CÙM itaque Dominus istius *Meteorastri* propter *Signum Sagittarij* sit *Iupiter*, déque gradu 19. eius *Signi Mercurius* versatilis disponar: ac proinde in dominio associetur, affectio horum duorum consideranda est. Ac primùm *Iupiter à Saturno* tunc sauciabatur in suo domicilio *Sagittarij* cùm primùm hæc *Stella Noua* in vehementiori arsione appareret: ac proinde vitiositate scelerata, virulentáque premebatur, ac vitiabatur, præter id, quod super eum in *Mamoreth* eleuabatur. *Mercurius* verò *Peregrinus* erat in *Scorpione*. *Ambo* igitur hi *Meteorastri* nostri dispositores malè afficiebantur: ac proinde non nisi mala ex hoc dominorum horum affectu malo denunciare hæc *Noua Stella* posse videtur.

Effecta Stellæ Nouæ elapsa in personam.

Pars *Effectuum* cuius iam apparuit. Qualem enim postea mox *Hyemis* statum, *Verni* scilicet ferè instar pro aeris qualitate maiori temporis parte produxit? Sciunt omnes in omnibus ferè *Climatibus*, quem etiam statum à multis annis viri seniores ipsi eiusmodi hactenus non vidisse testantur. Is certè ex positu *Stellæ* huius *Nouæ* in ardenti *Signo* significari, ac produci potuisse dubium non est. Ac verò quò tendat hic aeris insolitus & inauditus habitus, *Hyems* scilicet magis calida, quàm frigida, suásque Qualitates proprias non seruans, etsi prima facie bonus ab omnibus ferè censetur, videat quilibet iudicio præditus, atque iudicet. Insalubris enim hominibus, & segetibus tandem inimica ab *Astrologis* peritissimis. Etenim Qualis quæso iudicatur esse vndeniq;

dique hac *Hyemis* qualitate *Terræ* infectio seruata est? Quales in corporibus humanis acres,& putridi humores comparati, collecti, ac ingeniti? Ac proinde, Qualis diuersorum morborum,eorúmque potissimùm pestilentialium occursus, & concursus posteà plerisque in locis præsertim *Sagittario*, ac 3. *Quadrangulo Zodiaci* subiectis tandem expectandus? *Medici* peritissimi videant, & iudicent.

Qualitas Signi Sagittarij qua, & quid in eo Stella N. significet.

Deinde cùm *Sagittarius* calidum & siccum, ac ideo igneum sit Signum, résque, ac personas religiosas signet, Hoc *Nouum Astrum* in eo collocatum de natura huius signi, ac *Serpentarij*, iis potissimùm mala, morbósque ardentes, quales sunt febres pestilentiales, animique perturbationes varias denunciare videtur. Cùm enim in *Ophiucho* hæc *Noua stella*, in eius nimirum anterioris tibiæ crure appareat,atque hæc imago cœlestis,etsi humana est,tamen portentosa, venenoso puta, ac portentoso cincta *Dracone*, non nisi febres, carbones, seu pestem hominibus sub *Sagittario*, *Piscibus*, *Geminis*, & *Virgine* natis; ac Prouinciis, & ciuitatibus subiacentibus tertio *Zodiaci Quadrangulo* præsignat. Ita vt nulla profutura *Medicina*: nullus *Æsculapius* tam doctus, ac prudens doctrina, ac prudentia in medendis ægrotis,hosce,veluti nec ex podagra, sit vlla medicinâ releuaturus. Nulla quippe salutis spes ex morsu *Draconis* expectanda, sicuti nec ex hoc *Nouo Sydere*, & *Minaci stella* censetur. Cui iunctus *Saturnus* ille Pestifer, Naturæ inimicus, rem certo certiùs confirmari absque vllo remedio, præsentiâ suâ testatur.

Quid portendat Stella hæc Noua in Ophiucho portentosa.

Testimonium Saturni confirmat rẽ.

In summa eiusmodi constellatio,& configuratio, Fulgura ignita; domorum, & oppidorum igne cœlesti conflagrationes, & grandines in *Sagittario*, *Saturno* contrario, ciet: Bella mouet: discordias fucatásque inter Ecclesiasticos, Nobiles, ac *Iouis* filios amicitias causat. Bufones, Scorpiones, & Serpentes suscitat, & excitat multos, sed quos pernicioso æstu necat. Morbos ex fœtore orientes, pedum,tibiarum,& coxarum dolores,& ægritudines: membrorum abscissiones, ac mutilationes: scabies malas,& sanitati noxias in iis corporis partibus plerisque decernit. Magni denique cuiusdam Senis Ecclesiastici Principis interitum, vel Monarchæ aduentum, qui se in alienum Dominium intrudere tentabit, præ se ferre videtur.

Generalis significatio constellationis Stellæ nouæ cũ ♄ in Sagittario.

Quòd præterea hæc *Noua stella* tantum temporis durauit,tantò magis materiam eius, quæcunque illa sit, ante dudum induruisse successu temporis, signum est: ac proinde euentus eius, seu vires,& effecta diutiùs porrò ad multos annos duratura esse certò pronunciat.

Quid demonstret quòd tantũ temporis in cælo durarit.

Sententia Astrologica huius Syderis nostri Noui in res elementatas.

Atque hoc est de hac nostra *Stella*, quod ex *Astrologiæ fontibus In Personas*, seu *Animalia* succinctum atque compendiosum Iudicium erui potest. Quæ verò sit in res, humanam vitam, eiúsque substantiam spectantes, ex hoc *Sydere Nouo* sententia (In res enim & personas ab Astrologis ferri solet) Ab exemplo simili hanc esse puto. Quale nempe de illa 1572. anni *Cassiopeæ Noua Stella* ab eius *Effectis*, quæ eam sequuta sunt, iudicium est: (nec enim eiusmodi aliud, quod sciam, aut legerim, quod hoc præcesserit, ac visum sit, Sydus ex Scriptoribus colligitur:) Tale de hac nostra ferri potest.

Ab exemplo præcedentis stellæ Nouæ anni 1572.

Illa enim, vt in latitudine *Septentrionali* sua *Taurum*, fœcundum, multíque partus, ac fixum signum, ob *Veneris* Dominium tum possidebat: (*Cassiopea* enim in *Tauro* sita est.) Quod stellas de *Saturni*, & *Veneris* natura habet: qui duo *Planetæ* in iudicio *Astrologico* per se, & per accidens: quantùm scilicet ad eorum *Essenciales Dignitates*, & ad eorum in 12. cœli Domibus collocationem, atque cum aliis *Planetis* configurationem attinet, Bonorum omnium immobilium, mobilium, terræque fructuum *Significatores* habentur: Multos porrò admodum fertiles, fœcundos, ac frugiferos annos tum, post sui nempe euanitionem decernebat, quales sanè Dei Optimi Maximi Bonorum omnium Autoris beneficio, fuerunt. Ita hæc

Exemplũ effectus huius stellæ N. anno 1604.

Nostra, quæ per integrum annum durauit, inter stellas communis signi *Sagittarÿ*, quæ de natura etiam *Saturni & Veneris* sunt, sita, & fixè collocata, Mirabilem omnium rerum copiam vndequaque anno præsertim 1604. ac sequenti 1605. cámque porrò, Deo dante, futuram præsignificare potest.

Exemplũ effectuum Cometici meteori anni 1603 quod simul vigere potuit.

Idem etiam signare potuit insigne illud, mirabile, ac stupendum Μετεωρὸν *Cometicum*, quod mense *Septembri* anno 1603. post 9. diei 9. noctis horam accidit, quódque tam multas ab *Austro* ad *Boream* Prouincias minùs hora traiecit, vt in meo de eo *Gallico Tractatu* descripsi. *Luna* enim per se fœcunda super *Horizontem* eleuata, per Signum fœcundum *Piscium* repedabat: ac Μετεωρὸν illud per *Iouiale Sagittarÿ* signum transuerso motu, ac obliquè *Sphæram Mundi*, tanquam *Bonus Nuncius*, nostro respectu, peruiare visum est. Ac proinde fœcunda fœcundis addita in hoc iudicio, ex huius *Cometæ* radiorum micantium, & scintillarum magno numero cadentium confluxu insignis, ac ingentis omnium bonorum fœcunditatis cœlitus futuræ Signum fuisse colligi potest.

Color varius huius nouæ stellæ quid significet.

At *Color Nouæ* huius *Stellæ* varius Effectuum eiusmodi diuersorum expectationem declarat. Rubeus namque, vt fuit per[...] ac proinde igneus, Bella, morbos acutos, eruptionem sa[...]

bres acutas, ardores expectãdos esse, quales hoc anno 1605. fuerunt, similia, supra quæ dicta sunt, prędicebat. *Candidus* ac *Viridis*, mixto *Plumbeo*, ac proinde *Varius*, Omnium rerum, quæ ab ea designantur, confusionem tum in Polyticis, tum in Spiritualibus Electionibus, vel earum inconstantiam, mutationem, ac varietatem prænotare videtur.

Fixa tam constanter quid etiã notet.

Deinde, Quòd fixa tam constanter in *Firmamento* hæsit, Rei certitudinem facit, exemplo *Ierosolymitani* minacis illius olim magni *Cometæ* micantis, ac flambentis, qui per annum super *Sacrum Templum* cœlo infixus hærens, Destructionis gladio, fame, & incendio vrbis Ierosolymę certissimum indicium fuit.

Scintillatio nulli aliarum Stell. similis Quid nobis indicet.

Denique *Scintillatio* eius tam frequens, nulli aliarum *Stellarum* similis, in secunda *Sagittarij* facie, quæ *Timoris, dolorum, & lamentationum* est. Iram DEI irati impressam profectò, ac propter hominum peccata rutilantem, ac minacem, tanquam grauioris peccatorum nostrorum punitionis tesseram notat.

Ecleipsiũ ☉ & ☽ effectus miscendi, & manifestandi.

His adde magnarum *Ecleipsium Solis* nempe 1. potissimùm, ac 2. *Lunæ Effectus*, qui cum *Effectibus*, ac ἐνεργείᾳ potenti huius *Noui Syderis* Anno hoc 1605. miscendi, sequenti 1606. plenè, & grauiter incepturi ac manifestandi sunt. Ac proinde grauiora fortasse, quàm exprimere par est decernuntur.

Cœterum, quid in specie certò hæc *Stella noua* portendat, aut nobis minetur, certò definire arduum, imò impossibile est, quia non solùm ignoratur, sed nec arcana DEI consilia scrutari cuiquam, nec altum sapere licet: cùm etiam id præstare ad singula non detur, nec possit vllus. Etsi verò, quæ suprà in medium adduximus in hanc *Stellam* ex *Astrologiæ* fontibus desumpta sunt, non tamen iis arcano DEI consilio, neque DEO ipsi, ac eius Verbo derogatum volumus, nec intelligimus. Absit. Sed, cùm in *Firmamento* DEVS characteribus, & literis cœlestibus ibi impressis (quarum vires ex peculari eius dono partim, quàm exiguè tamen, cognoscendas homini dedit: partim verò hominibus occultauit, sibique earum majorem, ac potiorem cognitionem rese[illegible]) quales sunt Stellæ omnes quotquot extant in cœlo vari[illegible] Spiritus sui Sancti, visibilem *Voluntatem* [illegible] ac proin[illegible]m suum de *Cogni-tione* [illegible]*tia*, d[illegible]*ia*, *Sa*[illegible]*sitate*: ite[illegible] o- c[illegible]re [illegible] *No*[illegible] *Diuini*[illegible] æ [illegible]u[illegible] cog[illegible] Scien[illegible] n- [illegible] r[illegible]ro, [illegible]lo, i[illegible] ac

Excusatio autoris: et intentio. Ratio.

legendum nobis præbeat, & aperiat: Ea etiam, quantùm inſpicere, & legere, & cognoſcere datum eſt, hîc annotare in eum finem ac ſcopum, ex inſtituto & pro artis cognitione viſum eſt.

Iudicium ex locis S. Scripturæ ſumptũ & applicatum Aſtrologicè.

PORRÒ, Quid hoc *Sydus Nouum*, & inſolitum, minax DEI *Digitus*, ex *Theologia Sacro Sancta* etiam nobis aperire poſſit, aptatis ſacris locis, ac prædictionibus *Propheticis*, & *Euangelicis*, hîc tandem videre eſt paucis, vt iis cognitis, hodierno huic noſtro extremo omnium, vltimæ DEI *Patientiæ*, ac deploratiſſimo ſeculo tutò eæ applicari poſſint. Non enim DEVS, Optimus Maximus eiuſmodi apparitiones ſcintillantes, *Noua* ac *Fulgentia Sydera* in aere, vel *Firmamento* in caſſum *Verbi* ſcilicet ſui mira, & inſcrutabili *Potentia*, vel ex cauſis naturalibus, & elementatis creat, & collocat: Sed vt ſint vera indicia virgarum, & iuſtorum iudiciorum ſuorum. Itaque collatio, & applicatio fiat ab omnibus non ſolùm ſanæ mentis, verùm etiam ab ἀθέοις ſceleratis, truculentis Tyrannis, Imperatoribus, Regibus, Ducibus, &c. ad quos iſta potiſſimùm diriguntur, quibus etiam aptari debent, eorum, quæ minantur *Prophetæ*, vel *Dominus* DEVS per ora *Prophetarum*, cum huius *Syderis Noui* virtute potenti in omnes impœnitentes, ac ſceleratos peccatores vrbium, nationum, ac prouinciarum, Iudæorum, & aliorum multorum populorum.

Cur in cælo Deus noua Sydera accendat frequẽtia.

Ad legendum vel exaudiẽdum prædictiones Dei hortatio.

Quæ verò ſint illa *Aſtrologicis* ſuprà deſignatis longè certiora, ac impœnitentibus expectanda, legant, & audiant omnes, ſi aures cordis ſaltem aperire velint, ea, quæ 4. libro *Eſdræ* capite 15. ore Prophetico à *Propheta* prædicuntur, *Prædictionem* nimirum horrendæ vindictæ à DEO in omnes *Eccleſiæ* ſuæ hoſtes exercendæ, ac vibrandæ, cùm inquit, *Ecce ego induco, dicit Dominus, ſuper orbem terrarum mala, gladium, & famem, & mortem, & interitum: Propter quod ſuperpolluit iniquitas omnem terram, & adimpleta ſunt opera nociua illorum.* 7. *Propterea dicit Dominus.* 8. *Iam non ſilebo de impietatibus eorum, quæ irreligioſè agunt: nec ſuſtinebo in iis, quæ iniquè exercent: Ecce ſanguis innoxius, & iuſtus clamat ad me, & animæ iuſtorum clamant perſeueranter.*

Prædictiones Theologicæ, Aſtrologicis longè certiores & infallibiles, quæ.

Item 34. verſu: *Ecce nubes ab Oriente, & Septentrione vſque ad Meridianum, & facies earum horrida valdè, plena iræ, & procellæ.* 35. *Et collident ſe inuicem, & collident Sydus copioſum ſuper terram, & Sydus illorum: Et erit ſanguis à gladio vſque ad ventrem.* 36. *Et fimus hominis vſque ad ſubſtramen cameli.*

Item 40. verſu, *Et exaltabuntur nubes magnæ, & validæ, plenæ iræ,*

na ira, & sydus, vt exterreat omnem terram, & inhabitantes eam, & infundent super omnem locum altum, & eminentem sydus terribile.

41 *Ignem, & grandinem, & rompheas volantes, & aquas multas, vt etiam impleantur omnes campi, & omnes riui plenitudine aquarum multarum.*

Et 49. versu sic ait, *Immittam tibi mala, viduitatem, paupertatem, & famem, & gladium, & pestem ad deuastandas domos tuas à violatione, & morte, & gloria virtutis suæ.*

Legant, inquam, & hûc arrigant aures, vel saltem illa seriò audiant, & ea, quæ capite 16. eiusdem libri 4. *Esdræ* prædicuntur. *Immissus est*, inquit Propheta, *vobis gladius, & quis est, qui auertat illum? Immissus est vobis ignis, & quis est, qui extinguat illum? Immissa sunt vobis mala, & quis est, qui repellat ea?*

6. Nunquid repellet aliquis Leonem esurientem in sylua, aut extinguet ignem in stipula mox quando cœperit ardere? 7. Numquid repellet aliquis sagittam à sagittario forti missam? 8. Dominus fortis immittit mala, & quis est qui repellat ea? &c.

Item versu 22. *Ecce erit annonæ vilitas super terram sic, vt putent sibi esse directam Pacem, & tunc germinabunt mala super terram: gladius, fames, & magna confusio*, &c.

HÆc, hæc, inquam, audiant omnes, & seriò meditentur quid sibi his velit *Dominus* DEVS, vt his consideratis, collatis, & aptatis desinant peccare, auertántque iram DEI in peccata omnium paratam: discántque facere quod versu 68. eiusdem 16. capitis à *Propheta* dicitur, experturi fauorem, & bonitatem DEI, cùm ait, *Exhortatio seria ab omnibus meditanda de iudicio Dei.*

Ecce Iudex DEVS, *timete eum: desinite à peccatis vestris, & obliuiscamini iniquitates vestras iam agere in sempiternum, &* DEVS *educet vos, & liberabit de omni tribulatione.*

In extremo quippe omnium seculórum seculo scelerato, ac impio viuimus. Proinde necesse est hodie has prædictiones, & quas Dominus noster IESVS *Christus Scribis & Pharisæis*, & toti *Ierosolymitanæ* vrbi toties prædicit in *Euangelio* serias, atque sanctas, seriò etiam hominibus inculcare, quales etiam in *Apocalypsi* reuelantur, & figuratè prædicuntur capite 9. & 10. vt saltem timore horum malorum, iustæ DEI vindictæ, ac punitionis natio incredula, peruersa, ac tortuosa, qualem hodie cernimus, à peccatis tam frequentibus retineri possit, nec tandem cum gente, & natione sceleratorum, & impiorum pij mixtim pereant. *Ratio.*

Oratio. Orandus DEVS Pater Iustus, & scelerum Vindex vt suam à capitibus nostris propter peccata; quæ ad cumulum producta sunt nostra, iram, & Iudicium iustissimum suum, pro paterno in creaturam suam affectu, auertere dignetur, vt eum ex animo libero colentes, amantes, timentes, ac sic verè, ac piè incedentes conuertat mala in benedictiones spirituales, & terrenas, eique gratiarum actiones, sempiternas laudes, & gloriam toto pectore fundamus, & reddamus per Dominum nostrum IESVM Christum, DEI Patris Filium vnicum, ac Seruatorem æternum: AMEN.

MATTH. 24. 42.

Vigilate: quia nescitis horam, qua venturus sit Dominus vester.

FINIS.



Serpens Draco quot Stellis describitur, & obseruatur.

Serpens, quem tenet in manibus habet stellas in orificio 2. in flexura capitis spissas 4. In manu *Ophiuchi* 2. claras. In prima flexura 8. In secunda, quam tenet in dextra manu, alias 8. In tertia vsque ad caudam 6. Fiunt omnes stellæ *Serpentis* 30. *Hæc Aratus.*

Quid positus hic N. Stellæ ex astrologia arte portendat propositũ docere: & ratio.

Iam, Quid hic in *Zodiaco Noui Syderis*, seu *Nouæ Stellæ* positus in cruribus nempe dextræ tibiæ *Ophiuchi* huius portentosæ constellationis portendere possit, etsi quæ de eo ab antiquis Poetis, & Scriptoribus recitantur, historica, & ficta, seu fabulosa sunt, paucis tamen quæ ex *Astrologiæ* fontibus excerpi possunt, breuiter absque vllius cuiusquam offendiculo, sed pro artis *Astrologicæ* iudicio, & ratione, sicut alteri, mihi quædam dicere liceat. Neque enim *Cometæ*, ignes cœlestes, *Meteora* ardentia: neque Stellæ fixæ, & ipsæ errantes *Planetæ*: neque Sydera quæcunque sint exigua, & magna in *Firmamento* quotquot extant, ac emicant: nulla deniq; cœlestis forma, seu Materia noua, vel antiqua in cœlo globosè apparens absque particulari significatione, vi, & potentia, experientia ipsa quotidiè comprobante, extat.

Domini Noui Syderis nostri statuuntur Iupiter, ♃, & Mercurium ☿ Affectio eorum.

Cùm itaque Dominus istius *Meteorastri* propter *Signum Sagittarij* sit *Iupiter*, déque gradu 19. eius *Signi Mercurius* versatilis disponat: ac proinde in dominio associetur, affectio horum duorum considerandа est. Ac primùm *Iupiter à Saturno* tunc sauciabatur in suo domicilio *Sagittarij* cùm primùm hæc *Stella Noua* in vehementiori arsione appareret: ac proinde vitiositate scelerata, virulentáque premebatur, ac vitiabatur, præter id, quod super eum in *Mamareth.* eleuabatur. *Mercurius* verò *Peregrinus* erat in *Scorpione*. *Ambo* igitur hi *Meteorastri* nostri dispositores malè afficiebantur: ac proinde non nisi mala ex hoc dominorum horum affectu malo denunciare hæc *Noua Stella* posse videtur.

Effecta Stellæ Nouæ classe in personas.

Pars *Effectuum* cuius iam apparuit. Qualem enim postea mox *Hyemis* statum, *Verni* scilicet ferè instar pro aeris qualitate maiori temporis parte produxit? Sciunt omnes in omnibus ferè *Climatibus*, quem etiam statum à multis annis viri seniores ipsi eiusmodi hactenus non vidisse testantur. Is certè ex positu *Stellæ* huius *Nouæ* in ardenti *Signo* significari, ac produci potuisse dubium non est. Ac verò quò tendat hic aeris insolitus & inauditus habitus, *Hyems* scilicet magis calida, quàm frigida, suásque Qualitates proprias non seruans, etsi prima facie bonus ab omnibus ferè censetur, videat quilibet iudicio præditus, atque iudicet. Insalubris enim hominibus, & segetibus tandem inimica ab *Astrologis* peritissimis. Etenim Qualis quæso iudicatur esse vndeniq;

dique hac *Hyemis* qualitate *Terra* infectio seruata est? Quales in corporibus humanis acres,& putridi humores comparati, collecti, ac ingeniti? Ac proinde, Qualis diuersorum morborum, eorúmque potissimùm pestilentialium occursus,& concursus posteà plerisque in locis præsertim *Sagittario*, ac 3. *Quadrangulo Zodiaci* subiectis tandem expectandus? *Medici* peritissimi videant,& iudicent.

Deinde cùm *Sagittarius* calidum & siccum, ac ideo igneum sit Signum, résque, ac personas religiosas signet, Hoc *Nouum Astrum* in eo collocatum de natura huius signi, ac *Serpentarij*, iis potissimùm mala, morbósque ardentes, quales sunt febres pestilentiales, animique perturbationes varias denunciare videtur. Cùm enim in *Ophiucho* hæc *Noua stella*, in eius nimirum anterioris tibiæ crure appareat, atque hæc imago cœlestis, etsi humana est, tamen portentosa, venenoso puta, ac portentoso cincta *Dracone*, non nisi febres, carbones, seu pestem hominibus sub *Sagittario*, *Piscibus*, *Geminis*, & *Virgine* natis; ac Prouinciis, & ciuitatibus subiacentibus tertio *Zodiaci Quadrangulo* præsignat. Ita vt nulla profutura *Medicina*: nullus *Æsculapius* tam doctus, ac prudens doctrina, ac prudentia in medendis ægrotis, hosce, veluti nec ex podagra, sit vllą medicinâ releuaturus. Nulla quippe salutis spes ex morsu *Draconis* expectanda, sicuti nec ex hoc *Nouo Sydere*, & *Minaci stella* censetur. Cui iunctus *Saturnus* ille Pestifer, Naturæ inimicus, rem certo certiùs confirmari absque vllo remedio, præsentiâ suâ testatur.

Qualitas Signi Sagittarij qua, & quid in eo Stella N. significet.

Quid portendat Stella hæc Noua in Ophiucho portentoso.

Testimonium Saturni confirmat rē.

In summa eiusmodi constellatio,& configuratio, Fulgura ignita; domorum, & oppidorum igne cœlesti conflagrationes, & grandines in *Sagittario*, *Saturno* contrario, ciet: Bella mouet: discordias, fucatásque inter Ecclesiasticos, Nobiles, ac *Iouis* filios amicitias causat. Bufones, Scorpiones, & Serpentes suscitat, & excitat multos, sed quos pernicioso æstu necat. Morbos ex fœtore orientes, pedum, tibiarum, & coxarum dolores, & ægritudines: membrorum absciſſiones, ac mutilationes: scabies malas, & sanitati noxias in iis corporis partibus plerisque decernit. Magni denique cuiusdam Senis Ecclesiastici Principis interitum, vel Monarchæ aduentum, qui se in alienum Dominium intrudere tentabit, præ se ferre videtur.

Generalis significatio constellationis Stellæ nouæ cū ♄ in Sagittario.

Quòd præterea hæc *Noua stella* tantum temporis durauit, tantò magis materiam eius, quæcunque illa sit, ante dudum indutuisse successu temporis, signum est: ac proinde euentus eius, seu vires, & effecta diutiùs porrò ad multos annos duratura esse certò pronunciat.

Quid demonstret quòd tantū temporis in cælo durarit.

Sententia Astrologica huius Syderis nostri Noui in res elementatas.

Atque hoc est de hac nostra *Stella*, quod ex *Astrologia fontibus In Personas*, seu *Animalia* succinctum atque compendiosum Iudicium erui potest. Quæ verò sit in res, humanam vitam, eiúsque substantiam spectantes, ex hoc *Sydere Nouo* sententia (In res enim & personas ab Astrologis ferri solet) Ab exemplo simili hanc esse puto. Quale nempe de illa 1572. anni *Cassiopea Noua Stella* ab eius *Effectis*, quæ eam sequuta sunt, iudicium est: (nec enim eiusmodi aliud, quod sciam, aut legerim, quod hoc præcesserit, ac visum sit, Sydus ex Scriptoribus colligitur:) Tale de hac nostra ferri potest.

Ab exemplo præcedentis stellæ Nouæ anni 1572.

Illa enim, vt in latitudine *Septentrionali* sua *Taurum*, fœcundum, multíque partus, ac fixum signum, ob *Veneris* Dominium tum possidebat: (*Cassiopea* enim in *Tauro* sita est.) Quod stellas de *Saturni*, & *Veneris* natura habet: qui duo *Planetæ* in iudicio *Astrologico* per se, & per accidens: quantùm scilicet ad eorum *Essenciales Dignitates*, & ad eorum in 12. cœli Domibus collocationem, atque cum aliis *Planetis* configurationem attinet, Bonorum omnium immobilium, mobilium, terræque fructuum *Significatores* habentur: Multos porrò admodum fertiles, fœcundos, ac frugiferos annos tum, post sui nempe euanitionem decernebat, quales sanè Dei Optimi Maximi Bonorum omnium Autoris beneficio, fuerunt. Ita hæc

Exemplū effectus huius stellæ N. anno 1604.

Nostra, quæ per integrum annum durauit, inter stellas communis signi *Sagittarij*, quæ de natura etiam *Saturni* & *Veneris* sunt, sita, & fixè collocata, Mirabilem omnium rerum copiam vndequaque anno præsertim 1604. ac sequenti 1605. cámque porrò, Deo dante, futuram præsignificare potest.

Exemplū effectuum Cometici meteori anni 1603 quod simul vigere potuit.

Idem etiam signare potuit insigne illud, mirabile, ac stupendum Μετεωρὸν *Cometicum*, quod mense *Septembri* anno 1603. post 9. diei 9. noctis horam accidit, quódque tam multas ab *Austro* ad *Boream* Prouincias minùs hora traiecit, vt in meo de eo *Gallico* [illegible] descripsi. *Luna* enim per se fœcunda super *Horizontem* eleuata, per Signum fœcundum *Piscium* repedabat: ac Μετεωρὸν illud per *Ioviale Sagittarij* signum transuerso motu, ac obliquè *Sphæram Mundi*, tanquam *Bonus Nuncius*, nostro respectu, peruiare visum est. Ac proinde fœcunda fœcundis addita in hoc iudicio, ex huius *Cometa* radiorum micantium, & scintillarum magno numero cadentium confluxu insignis, ac ingentis omnium bonorum fœcunditatis cœlicus futuræ Signum fuisse colligi potest.

Color varius huius nouæ stellæ quid significet.

At *Color Noua* huius *Stellæ* varius Effectuum eiusmodi diuersorum expectationem declarat. Rubeus namque, vt fuit per vices, ac proinde igneus, Bella, morbos acutos, eruptionem sanguinis, febres

bres acutas, ardores expectãdos esse, quales hoc anno 1605. fuerunt, similia, supra quæ dicta sunt, prędicebat. *Candidus ac Viridis*, mixto *Plumbeo*, ac proinde *Varius*, Omnium rerum, quæ ab ea designantur, confusionem tum in Polyticis, tum in Spiritualibus Electionibus, vel earum inconstantiam, mutationem, ac varietatem pręnotase videtur.

Deinde, Quòd fixa tam constanter in *Firmamento* hæsit, Rei certitudinem facit, exemplo *Ierosolymitani* minacis illius olim magni *Cometæ* micantis, ac flambentis, qui per annum super *Sacrum Templum* cœlo infixus hærens, Destructionis gladio, fame, & incendio vrbis Ierosolymę certissimum indicium fuit. *Fixa tam constanter quid etiã notet.*

Denique *Scintillatio* eius tam frequens, nulli aliarum *Stellarum* similis, in secunda *Sagittarij* facie, quæ *Timoris, dolorum, & lamentationum* est. Iram DEI irati impressam profectò, ac propter hominum peccata rutilantem, ac minacem, tanquam grauioris peccatorum nostrorum punitionis tesseram notat. *Scintillatio nulli aliarum Stell. similis Quid nobis indicet.*

His adde magnarum *Ecleipsium Solis* nempe 1. potissimùm, ac 2. *Lunæ Effectus*, qui cum *Effectibus*, ac ἐνεργείᾳ potenti huius *Noui Syderis* Anno hoc 1605. miscendi, sequenti 1606. plenè, & grauiter incepturi ac manifestandi sunt. Ac proinde grauiora fortasse, quàm exprimere par est decernuntur. *Ecleipsiũ ☉ & ☽ effectus miscendi, & manifestandi.*

Cœterum, quid in specie certò hæc *stella noua* portendat, aut nobis minetur, certò definire arduum, imò impossibile est, quia non solùm ignoratur, sed nec arcana DEI consilia scrutari cuiquam, nec altum sapere licet: cùm etiam id præstare ad singula non detur, nec possit vllus. Etsi verò, quæ suprà in medium adduximus in hanc *stellam* ex *Astrologia* fontibus desumpta sunt, non tamen iis arcano DEI consilio, neque DEO ipsi, ac eius Verbo derogatum volumus, nec intelligimus. Absit. Sed, cùm in *Firmamento* DEVS characteribus, & literis cœlestibus ibi impressis (quarum vires ex peculari eius dono partim, quàm exiguè tamen, cognoscendas homini dedit: partim verò hominibus occultauit, sibique earum maiorem, ac potiorem cognitionem reseruauit) quales sunt Stellæ omnes quotquot extant in cœlo variæ; Digito Spiritus sui Sancti, visibilem *Voluntatem suam:* ac proinde Consilium suum de *Cognitione*, de *Potentia*, de *Prouidentia*, *Sapientia*, *Aeternitate*: item de *Inuocatione*, *Timore*, *Adoratione Nominis sui*, & de *Diuinitate sua*, (quæ sunt præcipua fidelibus, & cognitu necessaria Sciencia) quodammodo, & pro captu nostro, velut in speculo, inspiciendum, ac *Excusatio autoris: et intentio. Ratio.*

legendum nobis præbeat, & aperiat: Ea etiam, quantùm inspicere, & legere, & cognoscere datum est, hîc annotare in eum finem ac scopum, ex instituto & pro artis cognitione visum est.

Iudicium ex locis S. Scripturæ sumptum & applicatum Astrologico.

Porrò, Quid hoc *Sydus Nouum*, & insolitum, minax Dei *Digitus*, ex *Theologia Sacro Sancta* etiam nobis aperire possit, aptatis sacris locis, ac prædictionibus *Propheticis*, *&* *Euangelicis*, hîc tandem videre est paucis, vt iis cognitis, hodierno huic nostro extremo omnium, vltimæ Dei *Patientiæ*, ac deploratissimo seculo tutò eæ applicari possint. Non enim Deus, Optimus Maximus eiusmodi apparitiones scintillantes, *Noua* ac *Fulgentia Sydera* in aere, vel *Firmamento* in cassum *Verbi* scilicet sui mira, & inscrutabili *Potentia*, vel ex causis naturalibus, & elementaris creat, & collocat:

Cur in cælo Deus noua Sydera accendat frequẽtia.

Sed vt sint vera indicia virgarum, & iustorum iudiciorum suorum. Itaque collatio, & applicatio fiat ab omnibus non solùm sanæ mentis, verùm etiam ab ἀθέοις sceleratis, truculentis Tyrannis, Imperatoribus, Regibus, Ducibus, &c. ad quos ista potissimùm diriguntur, quibus etiam aptari debent, eorum, quæ minantur *Prophetæ*, vel *Dominus* Deus per ora *Prophetarum*, cum huius *Syderis Noui* virtute potenti in omnes impœnitentes, ac sceleratos peccatores vrbium, nationum, ac prouinciarum, Iudæorum, & aliorum multorum populorum.

Ad legendum vel exaudiẽdum prædictiones Dei, hortatio.

Quæ verò sint illa *Astrologicis* suprà designatis longè certiora, ac impœnitentibus expectanda, legant, & audiant omnes, si aures cordis saltem aperire velint, ea, quæ 4. libro *Esdræ* capite 15. ore Prophetico à *Propheta* prædicuntur, *Prædictionem* nimirum horrendæ vindictæ à Deo in omnes *Ecclesiæ* suæ hostes exercendæ, ac vibrandæ, cùm inquit, *Ecce ego induco, dicit Dominus, super orbem terrarum mala, gladium, & famem, & mortem, & interitum: Propter quod superpolluit iniquitas omnem terram, & adimpleta sunt opera nociua illorum. 7. Propterea dicit Dominus. 8. Iam non silebo de impietatibus eorum, quæ irreligiosè agunt: nec sustinebo in iis, quæ iniquè exercent: Ecce sanguis innoxius, & iustus clamat ad me, & animæ iustorum clamant perseueranter.*

Prædictiones Theologicæ, Astrologicis longè certiores & infallibiles, quæ.

Item 34. versu: *Ecce nubes ab Oriente, & Septentrione vsque ad Meridianum, & facies earum horrida valdè, plena iræ, & procella. 35. Et collident se inuicem, & collident Sydus copiosum super terram, & Sydus illorum: Et erit sanguis à gladio vsque ad ventrem. 36. Et fimus hominis vsque ad substramen cameli.*

Item 40. versu, *Et exaltabuntur nubes magnæ, & validæ, plenæ iræ,*

na ira, & sydus, vt exterreat omnem terram, & inhabitantes eam, & infundent super omnem locum altum, & eminentem sydus terribile.

41. *Ignem, & grandinem, & romphaeas volantes, & aquas multas, vt etiam impleantur omnes campi, & omnes riui plenitudine aquarum multarum.*

Et 49. versu sic ait, *Immittam tibi mala, viduitatem, paupertatem, & famem, & gladium, & pestem ad deuastandas domos tuas à violatione, & morte, & gloria virtutis suæ.*

Legant, inquam, & hûc arrigant aures, vel saltem ista seriò audiant, & ea, quæ capite 16. eiusdem libri 4. *Esdræ* prædicuntur. *Immissus est*, inquit Propheta, *vobis gladius, & quis est, qui auertat illum? Immissus est vobis ignis, & quis est, qui extinguat illum? Immissa sunt vobis mala, & quis est, qui repellat ea?*

6. *Nunquid repellet aliquis Leonem esurientem in sylua, aut extinguet ignem in stipula mox quando cœperit ardere?* 7. *Numquid repellet aliquis sagittam à sagittario forti missam?* 8. *Dominus fortis immittit mala, & quis est qui repellat ea?* &c.

Item versu 22. *Ecce erit annonæ vilitas super terram sic, vt putent sibi esse directam Pacem, & tunc germinabunt mala super terram: gladius, fames, & magna confusio*, &c.

HÆC, hæc, inquam, audiant omnes, & seriò meditentur quid sibi his velit *Dominus* DEVS, vt his consideratis, collatis, & aptatis desinant peccare, auertántque iram DEI in peccata omnium paratam: discántque facere quod versu 68. eiusdem 16. capitis à *Propheta* dicitur, experturi fauorem, & bonitatem DEI, cùm ait, *Exhortatio seria ab omnibus meditanda de iudicio Dei.*

Ecce Iudex DEVS, *timete eum: desinite à peccatis vestris, & obliuiscamini iniquitates vestras iam agere in sempiterno, & DEVS educet vos, & liberabit de omni tribulatione.*

In extremo quippe omnium seculórum seculo scelerato, ac impio viuimus. Proinde necesse est hodie has prædictiones, & quas Dominus noster IESVS *Christus Scribis & Pharisæis*, & toti *Ierosolymitanæ* vrbi toties prædicit in *Euangelio* serias, atque sanctas, seriò etiam hominibus inculcare, quales etiam in *Apocalypsi* reuelantur, & figuratè prædicuntur capite 9. & 10. vt saltem timore horum malorum, iustæ DEI vindictæ, ac punitionis natio incredula, peruersa, ac tortuosa, qualem hodie cernimus, à peccatis tam frequentibus retineri possit, nec tandem cum gente, & natione sceleratorum, & impiorum pij mixtim pereant. *Ratio.*

Oratio. Orandus Devs Pater Iustus, & scelerum Vindex vt iram à capitibus nostris propter peccata; quæ ad cumulum producta sunt nostra, iram, & Iudicium iustissimum suum, pro paterno in creaturam suam affectu, auertere dignetur, vt eum ex animo libero colentes, amantes, timentes, ac sic verè, ac piè incedentes conuertat mala in benedictiones spirituales, & terrenas, eique gratiarum actiones, sempiternas laudes, & gloriam toto pectore fundamus, & reddamus per Dominum nostrum Iesvm Christum, Dei Patris Filium vnicum, ac Seruatorem æternum: Amen.

Matth. 24. 42.

Vigilate: quia nescitis horam, qua venturus sit Dominus vester.

FINIS.





